

XVII, 355.

I
L

I
L
EX
D

FR



P. R A M I
DIALECTICAE
LIBRI DUO: ET HIS
E REGIONE COMPARATI
Philippi Melancthonis

DIALECTICAE
LIBRI QUATUOR, CUM
EXPLICATIONUM ET COLLATIO-
num NOTIS, ad utramq. conformationem uno labore
addiscendam, Auctore

FRIDERICO BEURHUSIO MEINERTZHA-
genſe, Scholæ Tremoniana Rectore.

AD STUDIOſUM LOGICAE HENNINGI
Dedekindi Epigramma.

*Quid faciem primam ſpectas, ſtudioſe, libelli?
Quin emis, ac emti ſcripta ſubinde legu?
Res liber intus habet: careat ſucceſſibus opto,
Quisquis de libris iudicat ex titulis.
Splendida ſæpe rudem adveniunt nomina librum,
Materia titulo ſplendidiore ſua.*



FRANCOFURDI
Apud Joannem Wechelum,
MDLXXXVIII.

XVII, 355.





9

NOBILITATIS, DO-
CTRINÆ, PRUDENTIÆ, ALIA-
RUMQUE VIRTUTUM ORNAMENTIS,
amplissimo spectatissimoque Magistratui, D. Consulibus, Proconsuli, ac toti Senatui, nec non Tribunis plebis & Decemviris, &c. liberæ Reipubl. Sula-
tensis, Dominis & patronis suis debita
observantia colendis,
S. D.



UAM pium ac Deo gratum, viri am-
plissimi & spectatissimi, quamq; uni-
verso humano generi utile ac necessa-
rium munus, imò quàm etiam grave
& assiduis curarum ac laborum mole-
stis implicatum onus ii, qui juventuti
in scholis gubernandæ instituendæq; sunt præfecti sustineât;
id tum ipsius Dei verbum, tum certissima inde à lapsò genere
humano Experientia, abundè testatur. Gravissima illa ipsius
Dei vox est Deut. 6, Erunt verba hæc, quæ ego tibi præ- ce
cipio hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis. Ex ce
eodem fonte & illa D. Pauli ad Ephes. 6 manavit: Patres,
educate liberos vestros in doctrina & monitis domi- ce
ni. Atq; inde sancta mandati, de Ecclesiastica scholasticaq;
institutione, voluntas & auctoritas perspicitur, quod ipse
Deus, tum ejusmodi sua dicta in litteras referri, ac domi so- Deus. 12
risque ad perpetuam posteritatis mentoriã doceri jubeat;
tum divinam & per spiritum sanctum institutionem, & per
Magistratum conservationem, docentibus promittat. Sua-
visima & consolationis plenissima illa vox est, Esa. 51, Ego
verba mea ori tuo suggeram, teq; manus meæ um- ce
bra tegam, ad plantandum cælum, fundandamque

6) terram. Et Esa. 49, Reges erunt nutritores tui, & regi-
 7) næ nutrices. Etenim é Scholis & Cælum, i. Ecclesia, teneris
 quasi surculis plantatur, & terra, id est, politica gubernatio,
 majore doctorum virorum robore fundatur. Jucundissimæ
 veró etiam sunt de Ecclesiarum & Scholarum conjunctione
 Spiritus sancti allegorie, 1. Reg. 10, ubi templum seu Eccle-
 8) sia MONS DOMINI, & ei adjuncta Schola, COLO-
 9) LIS DOMINI, á Samuele ejusdem rectore, nominatur.
 Huc accedit quód, ut Patriarcharum & Prophetarum, qui
 scholas habuerunt, discipuli, 4 Reg. 2. filii Prophetarum
 appellantur; sic etiam Ethnici Scholarum doctores se animo-
 rum parentes nominarint. Ergo illa divina Ecclesiarum, iis-
 que insitarum Scholarum commendatio, imó divina etiam
 ipso filio Dei doctore, doctrina & conservatio est: de qua qui
 minus attenté cogitat, is se mandata divina parúm revere-
 ri significat. Felices veró illæ & veré florentes Respublice,
 quæ in hoc exulceratissimo mundo, ex Dei mandato, omni
 auctoritate majore, primúm pacem conscientie regnumque
 Dei, ad eternam suam suorumque civium salutem seriâ as-
 siduaque Ecclesiarum ac Scholarum curâ, quærunt; Dein-
 de politice paci & incolumitati studentes, nihil ea secundum
 domini vineam antiquius esse ducunt. Verúm de immenso
 functionis onere, quod non modó Ecclesiarum Scholarum-
 que ministri, sed Reipublice etiam gubernatores, sine inter-
 missione sustinet, quid attinet dicere? Certé ut hi privatam
 utilitatem publicæ postponentes, non tantúm publicé vel in-
 curia deliberant, vel alibi publicum negotium gerunt, sed
 privatim etiam si ve domi, si ve foris versentur, omnia ad
 publicam salutem pertinentia, varias interim calumnias to-
 lerantes, prudenter circumspiciunt: ita etiam illi non solúm
 publicé privatimque, tum variis institutionis ac doctrine
 partibus fungendo, tum morum disciplinam omnibus mo-
 dis gubernando; sed etiam seorsim meditando scribendo, &
 quæcumque ad juventutis tum piam legitimamque institu-
 tionem, tum sanam modestamque rationem spectant, variis
 opinionibus & exemplis collatis prospiciendo, iniquiora in-
 terim, quám par erat interim, imperitorú judicia devorantes,
 difficiles admodum & quasi concatenatos labores exant-
 lant.

EPISTOLA DEDICAT: §

lane. Sed illud antiquum consolationis plenum est, δύσκολα τὰ χαλὰ. Et ut Satan mavult in iis, qui quasi in specula Christiane Reipubl. constituti sunt, Christo calcaneum illidere, ita eos etiam Deus multo mirabilius, quam homines privatos gubernat ac defendit.

Verum enim vero, ut ad rem veniam, cum mihi quoque de legitima institutione saepe cogitanti, inter multa, quae felicitari studiorum progressui obijciuntur, impedimenta, diversa etiam, eaque saepe discrepantes artium conformationes non postremum locum obtinere, ac in Logico studio praeceteris multum discentes retardare jam aliquot annos visa essent: equidem laborem hominibus doctis non ingratum, juvenuti autem utilem & necessarium me suscepturum putavi, si dissimiles Dialecticae descriptiones e regione oppositas compararem. Et quoniam illud, tum in pluribus aliis praestantioribus Logicis, tum seorsim in D. PHILIPPO MELANCHTHONE, ingenii ac doctrinae per Germaniam principe, & in P. RAMO praestantissimo philosopho & oratore, expertus eram: non modo trivialium Scholarum discipuli, sed & quidam Academiarum alumni, a me obnixè petiverunt, ut saltem hanc Philippi & Rami, duorum in Logicis principum, adumbratam, & Scholasticis dictatis illustratam comparationem, publicis studiis per typos impertirer. Quapropter cum ejusmodi commentationes, non modo juvenuti ad studiorum utilitatem, quasi consecrari, sed etiam magistratui, ad Dei gloriam & legitime institutionis commendationem dedicari soleant: Vestro nomini, viro amplissimi, ego hunc Scholis necessarium laborem, ideo officiosè inscribendum putavi, quod tum singularem vestram erga Ecclesiam Scholamq; benignitatem & curam, non modo a multis aliis cognoverim sed ipse etiam aliquando per biennium in vestra Schola docens, re ipsa expertus sim; tum venerabilibus & doctissimis vestris concionatoribus, & Scholae Rectori cum suis collegis, eandem nobiscum pietatis & institutionis rationem tenentibus, hujus operis lineamenta non improbatum iri confidam. Quod meum erga vos reverentiae officium, ut benignis animis accipiatis, atque vestra auctoritate ad Scholarum decus & utilitatem ornari patiamini,

6 P R O O E M I U M.

etiam atque etiam oro. Deus Opt. Max. vestram amplitudinem & Humanitatem cum universa Rep. cum Ecclesia & Schola, diu conservet incolumem. Data Tremoniae Idibus Augusti, Anno CIO IO XXCVI.

V. Amplit. & Hum.

Observantiss.

Fridericus Beurhusius,
Scholæ Trem. Rector.

IN COMPARATIONEM LOGICAM
Prooemium.

Pernicies primi lapsus.

PRIMOS humani generis parentes pestifera divini mandati violatione, non modo æternam, à Deo ipsis datam, beatitatem, saluberrimamque Dei ac rerum divinarum notitiam: sed omnem etiam, tum rerum aliarum sapientiam, tum sermonis eloquentiam, vix parvis igniculis seu discendi facultatibus retentis, amisisse, liberosque sui similes, id est, morti omnibusque miseris obnoxios, cæcos, insipientes, mutos, ac omnium rerum sermonisque ignaros genuisse, non modo sacrarum litterarum auctoritas, sed rerum etiam humanarum experientia abunde testatur. Nam, ut divina jam testimonia præteream, qualis quæso & quam rudis, nudus, & infans, homo in lucem editur? Quid vel in rebus humanis absque institutione diuturna; assuefactione, nedum in divinis absque divina per Dei verbum patefactione, tenet aut agnoscit? Nonne à prima infantia homini res humanæ & in quotidiano usu positæ, earumque voces ac notæ, diu multumque repetendo, per sensus sunt inculcandæ: inculcatæ verò, nisi sæpe repetantur, facile vicissim excidunt? Quid igitur mirum, quòd res divinas, adeò ab humanis discrepantes, ut iis, qui humanarum rerum institutione tantum sapiunt, divinarum doctrina videatur esse stultitia, nisi à Spiritu sancto per verbum edoctus
animalis

animalis ille homo non capiat? Quapropter sine in- *Deus instaura-*
 termissione laudandus Deus, quod pro infinita sua *ta salutis &*
 misericordia nobis & unigenam suum filiū, unicum *scientia auctor.*
 æternæ salutis instauratorem, divinæq; sapientiæ do-
 ctorem dedit: & per ac propter eundem ad reliquos
 quoque naturæ igniculos excitandos ac humanam
 aliquam sapientiam eloquentiamq; recuperandam,
 certa media, nempe **I N S T I T U T I O N E M & E X E R -** *Institutio &*
E I T A T I O N E M concessit. Institutio autem illa pri- *Exercitatio.*
 mūm rudis ac illiterata fuit: deinde litterata & artifi-
 ciosa. Illiterata adhuc in œconomia & communi illi-
 teratorum vita tenetur: quæ fit tum per exempla, res
 videlicet & appellando, & sub sensus subjiciēdo, tum
 per generales admonitiones, quas seniores, lōgo usu
 observatas, junioribus tanquam præceptiones ac re-
 gulas instillant.

Litterata veró & artificiosa artium præceptis ju- *Artes.*
 ventutem informat, & simul exemplis, quib. illarum *Exempla.*
 veritas utilitasque demonstratur, perpolit. Exercita- *Exercitatio.*
 tio utrique conjuncta est, crebra exemplorum confi-
 deratio & tractatio: quæ, ut illiterata, seniorum ad-
 monitiones & exempla: ita litterata artis ductum &
 exempla sequitur. Unde Philosophi tres artium & vir- *Tres artium*
 tutum percipiendarum causas constituerunt, Natu- *percipiendarum*
 ram, Artem & Exercitationem. *causa.*

1 Natura est reliqua animæ facultas, tum ad cogi- *1 Natura.*
 tandum ac per sensus discēdum, tum ad exempla seu
 res perceptas, & ratione orationeque, & reliquis cor-
 poris membris tractandum apta, mira que discendi
 aviditate & celeritate prædita.

2 Ars est documentorum descriptio, ad exempla *2 Ars.*
 illustria agnoscenda & formanda instituens: ideoque *Ars unde con-*
 ut illorū inductione genita est, ita & eadem demon- *formanda &*
 stratur. Etenim quemadmodum omnes artes non fi- *emendanda.*
 ctis, sed insignibus ex usu exemplis á bonis artifi-
 cibus illustrantur: ita etiam ab eorundem singularibus
 notionibus sensu & inductione observatis, commu-
 nes notiones collectæ sunt, & artium documentis e-
 nunciata. Itaque etiam artes, si vel hominum negli-

8 P R O O E M I U M.

gentiâ & inscitiâ, vel temporum injuriâ, aut non satis commodè conformatae sint, aut corrupte & confusae: praestantium ejusmodi exemplorum inductione emendandae & instaurandae sunt. *Exempla quae in artibus magisteria praebent.* Exempla autem in unoquoque rerum & artificii genere, maximè insignia, ut ea, vel ab ipso Deo condita patefactave, vel ab excellentibus hominibus facta sunt: & quidem, tam sacris Bibliis, quam profanis monumentis explicata, intelligimus. Spiritum enim sanctum, rationis, sermonis, & omnis boni auctorem, eodem artificii genere, quo profanos auctores, quanquam de rebus longè dissimilibus, disseruisse & loquutum esse, res ipsa demonstrat. Hinc *Uusus artium magister, & principium.* Uusus artium, non modò inventor & magister, sed cessor et moderatus dicitur: quòd oblatâ in exemplis documentorum materiâ artifices in artium conformatione quasi ducat & regat. Quod certè unicum artium principium, certum, constans & fixum nisi teneatur: nulla erit certa artium conformandarum regula, nullaque in artibus certitudo & constantia. Neque enim Deus vel artes ipsas, vel alia earum formandarum principia, in verbo suo patefecit: imò unicum illud de Uusu principium perpetua, artificii, in exemplis sacris & profanis, similitudine comprobavit. Ille enim exemplorum in suo quorumque genere similitudinis notiones, semper sui similes, constantes & perpetuae sunt: ideoque generalia & perpetuò vera praecepta fieri posse ac debere significant. * Si verò in hominum ingeniis, decretis & auctoritatibus normam illam quaeras: certè quot sunt homines, tot ferè sententias, principia & judicia deprehendes, nisi ea usu magistro intra metas coerceantur. Hoc vel innumerabiles poenè artium conformationes, non modò ab usu, sed inter se etià, partim toto proposito, partim multis partibus discrepantes satis ostendunt. Nam dum alii ex aliis suas artes deducunt, aliique aliorum rationes & formas, neglecto usu imitantur, atque aliquid etiam ipsi comminiscuntur: necesse est, ut, quot sunt artifices, tot ferè etiam dissimiles sint artium descriptiones. * Si verò oēs Usum sibi ducem tantum & magistrum proponerent, etiam si *uspian*

*Generalis artium veritas: ubi legis natura πέντος fundamentum. * Ars ex unius aut paucorum hominum ingeniis & commentis non haurienda.*

** Difficilis praceptorum ad usum conformatio.*

P R O O E M I U M.

uspiam in præcepti ad usum accommodatione non-
nihil aberrarent: tamen non ita omnes, tū ab usu mul-
tūm, tum inter se nimiūm discreparent. Sed de ejus-
modi solius etiam Dialecticæ discrepantia, & dissimili
ac nimis varia conformatione, vide nostrum in se-
cundam pædagogicæ Logicæ partem præmium.

3 Exercitatio deniq; ad artium veritatem & utilita-
tem percipiendam, documentorum, quibus artis co-
gnitio percipitur, eorundem ductu, exempla tum a-
liena, notitiæ causa retexit, tum propria ad illorū imi-
tationem componit: unde illa Analysis, hæc Genesis
dicta est. Et utraq; illa, ut eorūdem præceptorum du-
ctum sequitur, ita & similiū imitatione juvatur. Unde
verò hæc omninò concinna analyseos & geneseos, tū
inter se tum cum artibus ipsis conveniētia: nisi ex illo
unico usus principio, quod usus & præcepta gignat,
& ab iisdem gignatur vicissim. Etenim exemplorum
notiones primūm præcepta gignunt & demonstrant:
præcepta verò deinde & eorundem illorum agnitio-
nem analysinque, & novorum genesin, eādē com-
muni sua notione, docent. Quæ suavissima, inter o-
mnia illustria exempla, & ipsa arte, harmonia, nullo
modo iis artibus, quæ non ex usu expressæ, sed ex ho-
minum commentis natæ sunt, institui potest. Et
quidem natura, seu ipse Deus potius, ut in exemplo-
rum notionibus firma artium fundamenta jecit, ita
etiam distinctos earum terminos in distinctis notio-
num, usu tamen conjunctarum, differentiis ostendit:
cū alia sit argumenti; alia axiomatis, syllogismi, &
methodi: itemq; alia vocis simplicis alia conjunctæ; &
porrò alia ornatus modificati & figurati, alia pronū-
tiationis, deniq; alia rei physicæ, alia ethicæ notio. Ut
enim illæ notiones natura distinctæ sunt, & mētis acie
distinctè perspiciuntur: ita quoq; artes suis finibus di-
stingui, nec alienis præceptis cōfundi debēt. Et porrò,
quoniam quædam notiones sunt certarum rerū pro-
priæ, quædam verò multarū cōmunes: eeq; vel essentia-
les sunt (unde generis & speciei affectio distincta est)
vel adventitiæ, illud notionū discrimen, omnia artium p-

3 *Exercitatio.*

Analysis.
Genesis.
Imitatio.

*Harmonia ar-
tium & exem-
plorum.*

*Artium distin-
ctio ab usu ipso
monstrata: que
legis καὶ αὐ-
τῶ origo.*

*Artium pro-
pria enunciatio:
quod legis
καὶ ὅλα περὶ
τοῦ fundam-
entum.*

*Legis methodi-
ca origo.
Occasio legum
philosophia.*

cepta propriè æqualiterque, nempe generalia genera-
ratim & semel, specialia per species, enuncianda esse,
docet. Denique cùm natura priora posterioribus, &
generalia specialibus lucem cognitionis præbeant:
hæc notitia unicam de artium præceptis omnibusq;
omninó homogeneis axiomatis ordinandis Metho-
dum genuit. Ergo rectè Usus artium humanarum
principium constituitur, quippe qui earum & mate-
riam præbet, & formam ostendit. Cùm veró non cu-
jusvis, sed acuti & multùm exercitati sit ingenii, & i-
pfas exemplorum notiones observare ac distinguere,
& ad eas artium documenta commodè aptare: imò
cùm homines tum ad errandum sint proclives, tum
suis & suorum placitis plurimùm delectentur: ideó
præstantiores philosophi & legitimæ institutionis in-
primis studiosi, tum quædam quasi instrumenta o-
stenderunt, quibus é singularibus communes notio-
nes sint colligendæ: tum certas de artium materia &
forma, id est, de earum documentis ex illis notioni-
bus aptè formandis & perspicuo ordine collocandis,
leges tradiderunt.

*Instrumenta
colligendarum
artium.*

1 Instrumenta illa sunt, αἰσθησις, ἰσότης, ἐπαγωγή,
ἐμπειρία: Sensus, observatio, inductio, experientia:
quia singulorum exemplorum notiones sensu perci-
piuntur, & eadem in plurimis similibus observatæ,
pleniore tandem inductione certam generalis notio-
nis experientiam gignūt: qua ad legum præscriptum,
artium præcepta vel antequam ponantur in arte, ju-
dicentur, vel in ea etiam posita explorentur. Sic enim
illis usus instrumentis generalis necessitatis veritas
mente concipitur, & præcepto includitur. Vide pri-
mum & secundum in pædagogiam Logicam proce-
mium.

*Leges de artium
materia.*

2 Leges de artium materia, id est, de singulis earum
documentis legitimè judicandis ac formandis, sunt
tres quasi honorariæ scientifici axiomatis notæ, de
quibus lib. 2 Dial. cap. 3.

*Lex κατὰ
παντός.*

Prima, κατὰ παντός, de omni, dicitur: quæ lex est
veritatis, sanciens generalem, perpetuam & constan-
tem

tem singulorum documentorum veritatem: contraq;
omne falsum ac fortuitum commentum damnans.

Secunda, καθ' αὐτό, per se, nominatur: quæ lex est
justitiæ, quod essentialem cuiusque præcepti cum sua
arte cognationem statuatur: ideoque omnem hetero-
geniam & alienorum confusionem repudiet. *Lex καθ' αὐτό.*

Tertia, καθόλου πρῶτον, universaliter primum, lex
sapientiæ appellatur, quod ut propriè & æqualiter re-
gulæ enuncientur, ac generalia generatim & semel,
specialia verò per species tradantur, mandet: ideoque
inæqualem theorematum enunciationem & tauto-
logiam vetet. *Lex καθόλου πρῶτον.*

3 De artium forma unica Methodi lex est, trib. ver-
bis comprehensa, *Natura prius precedat*: qua sancitur
ut perpetuò fiat à generalibus ad specialia progres-
sus, lib. 2 Dial. cap. 17. Atque illæ certè aureæ leges
ex ipsius usus fontibus & exemplorum notionibus
haustæ, præcipuè é Socratis, imò ipsorum patriar-
charum scholis ad posteros propagatæ sunt. Præcla-
rum est illud Socratis apud Platonem in Gorgia di-
ctum: ἡ μὲν ἐμπειρία τεχνῶν ἐποίησε, ἡ δὲ ἀπείρία λύχλω,
hoc est: Experientia quidem artem, id est, legitima
præcepta genuit, in experientia verò temeritatem, id
est, falsa & fortuita ac omninò minús legibus pu-
gnantia commenta genuit. Ethinc Plato in Theæteto
ex Socratis sententia appellavit παραδείγματα δμή-
ρως τῆ λόγῳ, sponsores ac prædes rationis, tanquam ab
iis fidei iussum persolveretur, id est, veritas & utilitas
artium demonstraretur. Sed illa principia & leges
in primis Aristoteles studiosè celebravit, ac quasi in
litteraria Republ publicè promulgavit: in qua com-
mendationis suasionem in Post. Analyt. ultra quatuor-
decim capita consumpta sunt. Atque hinc illud ipsius a-
xioma: *Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica*
veritas: quod artes usu censore explorandas censeret.
At, ais, leges illæ ab Aristotele ejusque interpretibus,
ut & à nostratibus plerisque Logicis, non generatim
ad artium conformationem accommodatæ, sed no-
minatim ad Demonstrationem, hoc est, ad Syllogi-

*Lex de artium
forma.*

*Auctoritas le-
gum.*

Demonstratio.

sumum tam partium affectione, quam consequentiæ
 efficacia necessarium, adstrictè sunt: P. Ramus autem
 earum vim nimis latè diffundit. Imò Aristoteles no-
 mine quidem ad Demonstrationis Syllogismum re-
 ferre videatur, at revera legitimam artium demon-
 strationem spectat. Nam & omnem scientiam esse u-
 niversalium, ideoq; à sensibus, id est, singularium ac
 sensilium exemplorum inductione, ortam docet, &
 Demonstrativum Syllogismum artium artificem ac
 scientiarum doctorem facit. *Deficiente sensu, ait, deficit
 inductio & hac deficiente, deficit inde collectum universale,
 ideoq; ex eo orta scientia.* Artium autem præcepta sunt
 universalialia, & quidem ejusmodi ad tres scientificas
 leges judicata axiomata, cujusmodi Aristoteles in
 Syllogismo demonstrativo requirit. Nec possunt tales
 Syllogismi extrui, nisi eorum partes sint artium axio-
 mata seu fructus & exempla. Ergo dum Aristoteles
 materiam & affectionem partium Demonstrativi Syl-
 logismi suis illis scientificis notis describit, revera do-
 cumentorum artis materiam affectionemq; describit.
 Sed in eo aliquis Aristotelis error est quòd illum Syl-
 logismum, artificem artium, & doctorem scientiarum
 omnium fecerit: ideoq; etiam superiora illa usus in-
 strumenta, & scientificæ materiæ leges illi alligave-
 rit. Neq; enim vel ipse Aristoteles aut alii artifices de-
 monstrativis, i. necessariis Syllogismis artes descripse-
 runt, vel ullum in rerum natura exstat illius demon-
 strationis exemplum, qualis nominatim ab Aristotele
 ex causa propria & prima, quam obrem propria affe-
 ctio in subjecto suo insit, traditur. Vide Scho. dial. lib.
 9, cap. 5. Imò potius extra artes, de reb. ad eas pertinē-
 bus, non intra earum fines, nisi rarò uspiam, syllogismis
 disputatur. Legitima n. artium demonstratio & insti-
 tutio constat documentis & exemplis. Documenta autē
 sunt, tum definitiones & distributiones, tum proprie-
 ratum explanationes, i. aliæ præter illas, regulæ, quæ ferè
 definitionibus addi solent. Et documenta illa debent
 prius, quàm in arte ponantur, suis principiis satis explo-
 rari, solaq; exemplorum luce in ea illustrari: nisi uspiam
 aliquod

*Demonstratio
 non est artium
 magister.*

*Legitima artium
 demonstratio.*

aliquod vulgo dubium & cōtroversum, syllogisticam demonstrationem requirat. Exempla veró tanquam vades, sui quæq; præcepti exemplar referunt, sicut & ipsum præceptum ex illorum inductione profectum est. Quapropter P. Ramus, usu docente generalem illorum principiorū & legum vim, omnibusq; artib. communem facultatem penitus percipiens, ea ut legitima omnium artium κριτήρια, ad earum conformationem aliquantó planius, quàm alii, ex Socratis, Platonis & ipsius ēt Aristotelis mente, ac sententia accommodavit: atq; præcepta ex illustri usu deducta, ad eundem vicissim exprimendū retulit. Unde P. Ramus non modo Socraticus & Platonicus, sed etiam veré Aristotelicus philosophus iure dicitur & habetur: utpote, qui ex illorum omnium sententia, constantibus principiis expressa, usum ducem ac magistrū sequēs, omnem feré artium, & materiam & formam, ex iis ipsis, & maximé ex Aristotele deducens, omnia præcepta cum Aristotelis legib congruētia retineat, contraria veró & repugnātia rejiciat, ac artium præceptis perspicuē quidem distinctis, usum tamen earum, ac ita philosophiam cum eloquentia conjūgendam esse doceat. Aristoteles n fertilissimā quidem philosophiæ segetem á philolophis antiquis confitam, sed variis ēt sentibus noxiisq; herbis obsitam aureis illis legib explorare, & in meliorem artis formam redigere studuit: sed magnam ejus partem potiús collegit, quàm satis accurate judicavit: certé id, si diutius superstes fuisset, accuratiús factururus. Quare sectatoribus & æmulis suis ad impedimenta, quæ superessent, expurgandum, viam ac rationem certis illis legib & principiis ostendit. Interim tamen sectatores & interpretes illius, partim omnia Aristotelea documenta, etiam si essent nec ab ipso satis explorata, & injuria téporum ac scriptorum depravata, tanquā divina oracula, contra ipsius mentem, & expressa principia, quoquomodo interpretantur & defendunt: partim adhibito principiorum judicio & rectiús interpretantur, & uspiam discrepantia notant. Sic, ut jam de sola Logica dica-

Ramus est Socraticus & Aristotelicus.

Aristote'is interpretes.

Alexander. mus logicos Aristotelis libros diversis temporibus scriptos & abque certo ordine dispersos, Alexander interpretes in ordinem cum naturali artis *πορεία* & progressu, partim pugnantem, partim consentientem: *Adrastus.* Adrastus verò eisdem in ordinem cum illo progressu omnino congruentem redegit: neuter tamen eorum singula præcepta accuratius exploravit. Alexander, & *Ordo inversus.* qui eum secuti sunt, præmissis tantum quibusdam Inventionis particulis, & logicam in Apodicticam & Topicam distinctam, Judicium Inventioni, contra naturæ *Ordo naturalis.* ordinem, præposuerunt. Sed Adrastus ad naturalem Dialecticæ in Inventionem & Judicium, partitionem, ita Aristotelis libros retulit, ut, quamvis in quibusdam Inventionis & Judicii doctrina esset confusa, tamen qui præcipue de argumentis erant, eos præponeret quæ de Judicio, eos postremos faceret. *Cicero.* Cicero verò cum Aristotelis Logicam valde esse dispersam, præceptaque ad varias quæstiones & ad duplicem logicam, eiq; oppositam sophisticam multiplici tautologia repeti videret: ex omnibus illis unam generalem, brevem ac facilem Dialecticam in Inventionem & Judicium distinctam, expressurus, tantum Inventionem, & quidem unam ac generalem, non ad duplicem logicam dissectam, absolvit, Judicium etiam generale, si superstes fuisset, ita descripturus. Itaque qui Ciceronianæ illius Logicæ (nam Judicii partes ex aliis eius libris facile colligi possunt) ideam intuetur, is Rameæ etiam logicæ ideam videt: & vicissim. Nec video quid ab Inventionem Ciceronianam, quæ in Topicis descripta est, Ramea admodum discrepet, nisi quod Cicero argumenta primum generaliter explicata, postea ad certas quæstiones applicet: Ramus verò & paulo accuratius pleraque ad legum præscriptum conformaverit, nec argumentorum doctrinam, omnibus rebus, æque communem, ad certas quæstiones ita accommodaverit. Reliqui verò logici, qui nostro etiam seculo ex Platone, Aristotele, Cicerone, & Quintiliano, Dialecticam deduxerunt, partim omnia ferè Aristotelica retinuerunt: sed illa, eorum alii distorto
Alexandri,

*Ciceroniana ac
Ramea Logica
ferè eadem.*

Alexandri, alii naturali Adraſti ordine diſpoſuerunt: partim iudicio veritatis, juſtitiaë, & ſapientiaë adhibito, tantum legitima præcepta retinentes, ea etiam naturali Adraſteo & Ciceroniano ordine digeſſerunt. Jam omnes illi quidem Socratici, Platonici & Ariſtotelei Logici ea ratione dici poſſunt, quod collecta quædam ex illis Philoſophis præcepta tradiderint, & eorum leges ſaltem uſpſam ſervaverint. Sed ii γνήσιοι ac germani Socratici, Platonici & Ariſtotelei fuerint, qui & verum artium ſuccum ſanguinemque ex illis auctoꝝibus quaſi exſuxerunt; & artes, uſu cenſore, illorum principiis, quam potuerunt, conſentaneas fecerunt. Talis ſuo tempore Cicero, & noſtro Rodolphus Agricola in primis que P. Ramus γνησιώτερος Ariſtoteles fuit. Cæteri magis interpretum ſectatoꝝes, quam Ariſtotelis imitatoꝝes fuerunt. D. Philippus Melanth. Dialecticæ quidem præcepta, multo quam ante ipſum fuerant, illuſtriora fecit, & melioribus exemplis illuſtrauit: ſed tamen graviffimis aliis ſtudiis & negotiis aſſidue occupatus, diſſipatas Organi logici particulas inverſo Alexãdri ordine, ut a ſuis præceptoꝝibus. & ex Ariſtotele acceperat, ita etiã retinuit. At Ramus, a jure acriter Ariſtotelem reprehendit: imo vero, inquam, vehementer etiam collaudavit: tantum in antiquorum philoſophoꝝum commenta, ab Ariſtotele una cum legitimis præceptis collecta, ipſius Ariſtotelis auctoꝝitate & exemplo, pro philoſophica libertate, animadvertit. Hoc ſi Ariſtotelicum non eſt, nec ipſe Ariſtoteles in Platonem & cæteros animadvertens Ariſtotelicus fuit. nec Philip. Melanth, qui multa Ariſtotelica emendavit, & multo minus Joannes Ludovicus Vives, qui in libris de corruptis artibus ferè ea omnia notavit, quæ a P. Ramo animadverſa ſunt. *Collatio.*

Vide nominatim librum tertium Tomi primi. Quare ſi artium ſtudioſi præſtantium auctoꝝum artes inter ſe, & eos, qui in Logica Alexandri ordinem ſecuti ſunt, cum reliquis comparent: rem nec philoſophica libertate indignam, nec ſuis ſtudiis inutilem facere videantur. Sic enim & res artibus propoſitas, & diver-

*Specimen:
Duplex Logica
descriptio uno
labore perdisci-
unt.*

Vacua charta.

fos auctorum terminos, ut loquuntur, id est, artificiosas appellationes uno labore cognoscent. Quod ut in duobus prestantioribus hoc tempore Logicis, D. Philippo & P. Ramo Scholarum discipulis promptius esset: quibusdā bonis viris visum fuit, ut ejusmodi collationis quaecunque specimen à nobis ederetur. In eo autem specimine integrum ferē utriusque auctoris textum é regione opposuimus, & quadam tum artificii analysi, tum collatione, ita illustravimus, ut uno labore, eoque non ita difficili, utraque, sed dissimilis, unius artis descriptio, mente comprehendi possit. Et quidem ita Rameis præceptis naturali *αρετιξ* dispositis, Philippea opposuimus, ut Rami ordo plene servetur, Philippeus autem capitibus præcipuis notatis etiam ostēdatur, sed ubi inversus est, ad Rameum plena doctrina revocetur. Interim ubi doctrina aliqua in altero deest, ea é regione loca, vel collationum dictatis completa sunt, vel vacua, ut aliæ commentationes & plura exempla addantur, relicta. Cætera facile intelligentur.

Tō

Τῷ εὐνοϊκῷ ἀναγνώστῃ Φίλιππος ὁ Φα-
 βείκιος Μαρκοδουρανεύς.

ἦ τις Σωκρατικῆς θφίας χείρ, οὐπὶς αἰδρὶς
 ὠφέλῃ, ἡ δὲ μένος πᾶσ' ὀπιφανόμενον.
 πᾶμπολλοὶ τούτῳ αἰδρες κόσμηθ', ἄχροντες.
 χρησά τε λαντα Πλάτων, πολλα τ' Αεισοτέλης.
 ἐξεπόνησεν εἰς, θητὸς πολλα μελάγγρων,
 Μυσάων πασῶν κλεινὸς ἄωτος ἔων.
 καὶ τούτης σπουδῆ ῥάμος φύσιν αὐτὸς ἔδξε,
 σιωπάτων ἀμδῆ δογματὰ ρηίδη.
 εὐφύιας δλαχέιν ἔξῆρος χύματα ῥάμος
 αὐτὰρ ἀμδραντοὶ οἶα χλοαινόμενος,
 δίσκολα τῷ δηλῶν λογιθῶν θεωρήματα πολλα,
 δισκολίαν ῥάμος μικρὰν αἰδρὸς ἔχ.
 ἀρχαῖοι μεθαροί· ἡ φθόνοιο ἄτερ κρίσις ἔδτω.
 ὡς ἀθρεῖν περὶ ῥου τιῶ ὄδον ὀρθοτέραν.
 οὐῶ ἡ ἐξέτασις πυκινόφρων περὶ σφοδρὸς ὄβτι
 ὁ συμβδῆεσται πυλὺ ὄνησιν ἔχ.
 ταὶ πύσθς εὐρην λογικῆς τόδε ἔργον δηθές,
 ὁ πάτην αὐταὶ ὁκ μεθοδοῖο νόμου.
 ἡ δλανοια μέρη λογικῆς κρίνη, οἶα τιμητῆς,
 ἡ χρησῆ μέθοδος φῶς ἐνι τῷ διδαχῆς.
 σύγγραμμ' οὐῶ λάβε Βευρρίσις, δλατρεῖσιν ἐπίμωσ'
 ἀγαθήσῃ περὶ κοπῶ, εὐμδραντε ἄμα.

P. RAMI DIALECTICÆ
LIBER PRIMUS, DE
INVENTIONE.

CAP. I. DE DEFINITIONE
DIALECTICÆ.

² Quid est Dialectica?

DIALECTICÆ est ars bene differendi: ³ eodem-
que sensu Logica dicta est.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

² P. Ramus, ut Ciceronianam Logicæ definitionem ex Aristotelea, legibus philosophiæ convenientius expressam, assumpsit: ita quæ ab aliis definitioni, usq; ad Prædicabilia, subjiciuntur, earundem legum iudicio omisit.

Ordine] Ordo est secundæ partis (Judicii) particula, nempe Methodi proprietas. Ergo legis καθόλου πρῶτον censurâ impropriè inæqualiterq; de tota arte enunciatur, propriè autem tum generatim ipso summo sine (bene differendi) comprehenditur, tum speciatim Methodi doctrina explicatur. Perspicuè docendi] Perspicuitas est communis generalium artium rectè adhibitarum virtus & fructus, quæ iisdem earundem præceptis, non nova doctrinâ comparatur. Et rectè docere, similiter est communis artium præcipuèq; generalium finis, virtus & officium: in quo differere quidem primas tenet, sed tamen loqui & dicere, etiam aliquid efficiunt. Lex igitur, καθ' αὐτό, injustè, καθόλου, impropriè & inæqualiter illa communia soli Logicæ attribui censet.

³ Bene differere, seu, Rectè docere, sit primùm inveniendū & iudicandū: deinde Inventio differit, non modò definiendo & dividendo, id est, definitiones & divisiones, sed etiam alia argumenta inveniendū. Iudicium verò differit, vera vel falsa enunciando, consequentia, vel inconsequentia concludendo, & deniq; ordinem à confusione distinguendo. Ergo impropriè inferiores quadam particula, præteritis principalibus partibus, de tota arte ita enunciantur, quasi universa ejus vis in iis posita sit. Nam sic tantum pro tota Inventione duo argumentorum genera, Definitio & Divisio, ideo nominantur, quòd ea in Methodo simplici primas teneant, cum tamen ipsam totam non perficiant: pro toto autem iudicio, argumentorum verorum connexio, & malè coherentium refutatio, sumitur, & ferè in sola argumentationis doctrina ponitur, cum tamè tria sint distincta Logici iudicii genera, Axiomaticum de vero & falso: Syllogisticum de consequentia & inconsequentia, ac Methodicum, de ordine & confusione.

⁵ Notationis sensum Ramus in definitione verbo, differere, exprimit, ipsam verò Scholis & commentariis relinquit. Etsi verò
δiale-

¹ Titulus ex procreante & effecti priore parte. Sic enim thema tractandum proponitur.

² Thema definitum (Dialectica) quid sit, explicatur definitione, ex causis essentialibus, quæ genere & forma, finè etiam continente, comprehenduntur. Bene differere, Logica artium formam, (quæ est ejus essentialis facultas, præceptis, tanquàm anima, inclusa) tum finem extremum, & summum bonum ejusq; perfectam & ex illustribus exemplis ratione, & eorundem imitatione adeptione, distinctè exprimit. Tropus verò in voce differere, ita illustris est, ut parens Latine lingue Cicero propriam vocem non viderit significantiorem.

³ Illustratio à pari nomine, ad errorem de triplici Logica arguendum.

Tria illa iudicii

PHILIPPI MELAN-
CHTHONIS DIALECTICÆ
LIBRO PRIMO.

² Quid est Dialectica?

DIALECTICA est ars rectè, ordine, & perspicuè docendi. ³ Quod fit rectè definiendo, dividendo, argumenta vera connectendo, & malè cohærentia refutando.

⁴ Quodnam est officium Dialecticæ?

Rectè, ordine, & perspicuè alios docere.

Quanam hujus officii partes?

Partes hujus officii sunt quatuor: Definire, dividere, argumenta vera connectere, & falsa dissolvere.

⁵ Unde dicta est Dialectica?

Ἀ διαλέγομαι, id est, dissero, disputo, colloquor cum aliquo collatis opinionibus, *Ein vnderrede Kunst, vnderricht Kunst.*

⁶ Quodnam est discrimen Dialecticæ & Rhetoricæ?

DIALECTICA omnes materias propriis verbis summam & nudè comprehendit: Rhetorica addit ornatum iis materiis, quæ orationis copia & splendore illustrari possunt.

¹ Titulus, sed nō prorsus idem.

² Definitio ferè eadem. Rectè, ὀρθῶς, i. bene, hic formæ finisque bonitatē & εὐπραξίαν notat.

³ Illustratio à precipuis quibusdam officiis, seu principalibus partium particulis.

⁴ Prima explicatio quasi à summo fine, ex definitione repetito, ejusq; in particulis quâdâ distinctione.

⁵ Secunda illustratio à notatione, ejusq; vi. Latinè & Germanicè reddita, sed paulò angustius. Vide collat. ad nu. 5.

⁶ Illustratio tertia à differentia vicinæ speciei. Sed nec Dialectica summam semper differit, nec Rhetorica rerū copiam (quæ etiam Dialecticæ est) præstare potest.

genera per dichotomiam in Axiomaticum & Dianoeticū distinguuntur, lib. 2. Dialect. cap 2.

Discrimen.

Quæstiones.

Thematum distinctio & tractatio Logicæ propria est.

διαλέγεσθαι aliquādo tum propter compositionem, colloqui, tum per synecdochen generis, ut & λογίζεσθαι, probabiliter differere significat: tamen præstantissimis Logicis Platoni & Aristoteli, quasi in Dialecticæ regno & professione, vocabula illa communia sunt, & omnem differendi facultatem cōplexa, ut Plato & Porphyrius communē illam & generalem facultatem per τὸν λόγον χρῆσθαι interpretati sunt. Quare Dialectica quidē à differendi modo quodam Germanicē, Ein underrede kunst, underricht kunst, sed à generali facultate potius, Ein oder des vorstandts kunst, vernunft kunst, dici potest.

6 Definitiones, formas finesq; oppositos complexæ, veras differentias discriminaque continent, ut hic, Differere & Dicere. Ergo lex καθόλου vetat per tautologiam discrimina seorsim explicari, cū saepe etiam falsa sic fingantur.

7 Lex καθόλου extra artium descriptionem, in communi earum divisione, generaliter enunciat, generales artes, nempe Dialecticam, & sic cum ea Grammaticam & Rhetoricam, circa omne Ens & non ens, id est, circa omnes materias, quæ verē ita sunt, vel esse finguntur, versari. Unde nec illæ artes vel definitione, vel peculiari præcepto ulli certæ subjectæ rei rectē adstringuntur. Ergo hic idem repeti vetat. Hoc interim consideretur, Rem omnem seu Thema & quæstionem, de qua differitur, vel ad ipsius Logicæ, aut aliarum artium essentiam, vel ad earum in vita humana usum & accommodationem pertinere, sed ejus rei seu thematis notionē, distinctionem & formam, qua tū disputatori offertur, tum disputatione tractatur, Dialecticæ propriam esse, & quidem commodē eleganterq; ipsius artis progressu contineri. Nam Inventio themata simplicia, i. nuda & solitaria argumēta (categoremata, terminos) absq; dispositionis artificio invenit & considerat. Dispositio verō facit & judicat composita themata, id est, ex argumentis nudē inventis, exstruit axiomata, eaq; si manifesta sint suo proprio, sin dubia, id est, quæstiones, syllogistico judicio judicat. Methodus in artibus & aliis longioribus disputationibus multa axiomata suo vel syllogistico judicio manifesta, in ordinem redigit: quo curriculo universa Logicæ facultas absolvitur. Itaq; Thematis divisio ipsius Logicæ partitione logicē continetur. Neg; enim illa thematis divisio toti arti proposita, est κατὰ πάντος nec καθόλου. Non enim est verum, totam artem, nunc in simplici, nunc in composito themate versari, cū Inventio tantum in simplicibus, Judicium in cōpositis, sive per genesin, sive per analysin, totaq; ars sic semper in utroq; tractando versetur. Disputatori quidē nūc thema simplex, nunc compositum offertur, sed is statim tum plurib; simplicibus inventis ex iis facit per genesin composita, tū compositum accuratioris cognitionis causa per analysin in simplicia retexit, & ita pluribus simplicibus inventis plura facit composita, eaque sua luce judicat, vel Syllogismo demonstrat. Ergo illa thematum distinctio in artis progressu inventionisque & judicii distinctione, ex lege καθόλου legitimē demonstratur, seorsim minus legitimē proponitur. Et notandum thema simplex ip; Inventione Ramo,

DE QUÆSTIONIBUS.

⁷ Circa quas res versatur Dialectica?

CIRCA omnes materias seu quæstiones, de quibus docendi sunt homines. Hoc subjectū Dialecticæ dicitur, Thema, seu Quæstio & Propositum.

⁸ Quotuplex est Thema?

Duplex: Simplex & Compositum.

⁹ Quid est simplex?

SIMPLEX est, cum unum vocabulum proponitur, ut de eo dicatur & dicitur Interrogatio: ut, Quid est virtus? Hic thema est, virtus.

¹⁰ Quid est compositum?

COMPOSITUM seu conjunctum est, cum integra oratio, id est, propositio proponitur, ut, An cometa sit stella?

¹¹ Quomodo tractatur thema simplex?

Explicatur per definitionem & divisionem.

Quomodo tractatur thema conjunctum?

Confirmatur argumentis veris, & monstratur falsitas in cōtrariis, quæ fucosa specie veritati opponuntur.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

Partitio Dialecticæ in Inventionem & Judicium, hic locum haberet: quia tota Inventio minimas & simplicissimas res in hac arte, nempe nuda argumenta, absq; dispositione cōsiderata, sibi proponit, quæ Judicium disponit & judicat. Prædicabilia aut sunt quedam argumentorum genera, a generali Inventionem separata. Prædicamenta verò quasdam aliarū artium res, tanq; argumentorum exempla, cum quibusdam etiam argumentorum generibus complectuntur. Unde in illis fragmentis quidā Dialectici elementa Inventionis, quidam verò Inventionem vocum & rerum ponunt, legitimamque et Partitionem illis quamvis non legitimis præponunt. Sed D. Philippus etiam si naturalem illum a minimis ad composita progressum sibi proposuerit, tamen & partitionis lumen quo ille judicatur, omisit, quartog; tandem libro eam inversam statuit, & quasdam minimorum particulas in Prædicabilibus & Prædicamentis præmisit, totam verò Inventionem, quæ omnia minima complectitur judicio postposuit, & tamē etiam in illis minimorum fragmentis judicium quoddam collocavit. Quare nos etiam hic Rami partitione & textu intermissa ac suspensa, ita Philippi ordinem cōsecrabimur, ut quedam plenē explicemus, quedam ordinis indicandi causa attingamus, ac deinceps cum Ramo suis locis plenius conferamus.

⁷ Explicatio secūda a subjecto artificis, in quo artem exercet, & ejus scholastico nomine ac Divisione.

⁸ Divisio thematis.

⁹ Descriptio simplicis ab adjuncto sine, & peculiari nomine. Intellige illud semper esse alterum ex affectis argumentis.

¹⁰ Descriptio compositi a genere & adjuncto. Est enim propositio seu axioma, ac præsertim dubium, ut est in Dial. Rami lib. 2. cap. 9.

¹¹ Explicatio utriusq; thematis ab instrumentis quibus tractari videatur. Collat. At in ipsa methodo simplici plura præter definitionem & divisionem argumenta præscribuntur. Ergo tota Inventio cōsulenda est, dispositio judicium gubernat.

generatim argumentum, ut *Categorema* Aristoteli, distincte autem, Aliquid, item, Res quæ arguitur, & Id quod arguitur, extra artē verò, Res arguta, vel etiam, thema, thesis, &c. conjunctum verò, in iudicio, Axioma, si manifestum sit, vel si dubium, Quæstio nominetur.

DE PRAEDICABILIBUS.

2 P. Ramus nullam separatam Prædicabilem & Prædicamentorum doctrinam in Logica tradit.

2 Progressus ille à minimis verè est ab Inventionē, omnia minima, & simplicissima complexa ad iudicium compositivum.

3 Nihil in arte P. Ramus de voce Prædicabilis & Categorematis: quia non est ex natura & affectio ne argumenti propriè sumpta. Itaq; Latine & ex Inventionis

1 Generalia cum generalibus generatim & semel, specialia vero per species rectè & perspicuè tradi, secus tautologiam, obscuritatis causam, committi, lex $\kappa\alpha\tau\eta\lambda\omicron\upsilon\gamma\epsilon\iota\delta\alpha\iota$ docet. At prædicabilia sunt communia & generalia Inventionis argumenta, ideoq; etiam in Inventionē vulgò repetuntur, argumentaq; nominantur, Ergo, &c.

2 Quare ut & antiquissimi Græci philosophi, ut Plato ac Aristoteles, & eos imitati Latini, ut Cicero ac Boëtius, & nostro seculo Rodolphus Agricola aliq; legitime Institutionis studiosiores, duce natura, usq; censore prædicabilia in generali Inventionē tradiderunt: ita & P. Ramus universam eorum tum doctrinam, tum utilitatem in Inventionē suis locis commodissimè explicavit. Nam sic præstantissimorum illorum auctorum, quàm Porphyrii $\alpha\theta\epsilon\omicron\upsilon$ apostata, imitator esse, & rectum illorum usum, q̄ obliquum huius consilium sequi maluit. Primus enim Marcus Porphyrius apostata, circa annum Christi 257, amplius quingentis annis post Aristotelem, & circa trecentos post Ciceronem, hoc fragmentum, divulsis contortisq; propriis quorundam argumentorum affectionibus, propter nescio quos usus, à generali Inventionē separavit, atq; ita proprias prædicationes, ut loquuntur, (quæ tot sunt, quot argumentorum affectiones) & distorsit, & in has angustias coegit. Nam sola Generis ac Speciei affectio hic propria est, ceteræ distortæ sunt. Et enim Differentia, Proprium & Accidens hic ad Specie, tanquam suum affectum referuntur: cum tamen propriè Species ad Genus, Differentia, utpote Forma, ad effectum formatum, Proprium ad Subiectum, Accidentis exempla quedam ad causam, utpote effecta, quedam ad subiectum, utpote adjuncta, sua affectione referantur. At in generali Inventionē illa omnia, suis quæq; propriis sedibus & affectionibus, universo eorum usu perfectè demonstrato, rectissimè traduntur.

3 $\kappa\alpha\tau\eta\lambda\omicron\upsilon\gamma\epsilon\iota\delta\alpha\iota$ & *Categorema* dupliciter in Organo Aristotelis usurpantur, generaliter & specialiter. $\kappa\alpha\tau\eta\lambda\omicron\upsilon\gamma\epsilon\iota\delta\alpha\iota$ generaliter est, indicari, dici, demonstrari, argui, attribui, convenire, pertinere, spectare: & *Categorema* est id omne, quod dicitur & indicatur, sive affirmatum, sive negatum, & quidem simplex vel compositum. Hac significatione *Categorema* est quodvis argumentum, argumentiq; expositio & propositio. Specialiter autem significat *Categorema*, quidquid alteri potest attribui, sed dupliciter, primò communiter, sive affirmatè, sive negatè attribuitur: qua significatione logicè omne argumentum significat. Deinde angustius, quod affirmatè tantum attribuitur: quæ postrema significatio à Porphyrio

DE PRÆDICABILIBUS.

² Quare initio traduntur Prædicabilia?

Quia in definitionibus vocabula angustiora declarantur per aliqua communiora: quorum gradus & cognationes prædicabilia ostendunt. Sunt enim tituli vocabulorum, qui ostendunt, quæ vocabula quomodo de aliis prædicentur, id est, quomodo aliis attribuantur.

³ Unde hoc novum nomen prædicabile est?

κατηγορέω usitaté accuso, sed generaliter etiam aliquid de alio commemoro significat. Hinc κατηγορέμενον Boëtius vertit prædicatum, quod est commemoratum de alio. Et sic prædicabilia sunt prædicata, quæ de aliis dicuntur, seu commemorantur: ut, Verres est fur: Hic, fur, de Verre dicitur & commemoratur.

1 Progressus quasi a minimis in Prædicab. & Prædicamentis, ad ortus & composita, nempe, Definit. Divisionem, Methodum, Propositiones, & Syllogismum, &c.

2 Prima explicatio Prædicabilium à fine & usu, sed nimis angusta.

3 Secunda explicatio ipsius nominis à notatione Græca, unde & Latinum expressum est quâquam angustius, & improprie utraq; vox ita sumitur.

B 4 Cnr

natura, categorēmata nominat argumenta, non ab attribuendo.

Universalia.

Prædicabiliū divisio.

¶ Vide lib. I, cap. 27.

Species.

Individuum.

Porphyrus quibusdam argumentis, à generali Inventione contra leges separatis tributa est: cum tamen sic etiam pluribus, & communiter omnibus argumentis, conveniat. Quamquam minus propriè argumentum dicitur Categoriema: cum hoc nomen non ab arguendo, sed ab enunciandi modo ductum sit.

4 Omnia argumentorum in Inventione genera sunt universalis, id est, communia capita, quæ & de suis affectis suo modo, & de speciebus exemplisq; suis, ut genera, dicuntur seu predicantur. Ergo contra legem καθόλου, sic quinq; illa tantum appellantur. Eleganter autem in generali Inventione, tum priora à posterioribus, & communia ab angustioribus, tum equalia seu æquè manifesta inter se, distinguuntur.

5 Distributionem illam Porphyrii lex κατὰ παντὸς falsam, καθόλου imprudentem judicaverit. cū & omnia argumentorum genera sint vera categorēmata, & speciatim etiam sint plura tantum affirmantia, ut reliqua, præter formam, causse, &c.

6 Genus, Species, & Individuum à P. Ramo in Distributionis loco legitime explicantur: quia & argumenta orta sunt, & semper totius partiumq; in quibus Distributio versatur, affectionem obtinent.

7 P. Ramus definitionib. Generis, Speciei & sic Individui, eorum Logicam significationem satis exponit, nihil seorsim ita de Speciei aut Individui generisq; occasione tradit: quia & ex definitionibus suis satis intelligitur, & in scholis seu commentariis ejusmodi disputationes copiosius explicantur. Species verò proxima Individuis, perinde ad illa se habet, sicut superius genus ad proximas species: nec alia est generis hujus, quam speciei illius imago. Nam ut genus proximarum specierum, ita species illa essentielles individuorum causas complectitur, imò est eorum essentia seu essentialis, non similis imago.

8 Individuum à specie Ramus non separat: quia proxima species ipsi omnino essentialis est: quæ sanè est generis vis ac significatio. Itaq; ipsum individuum Ramo Specialissima est Species. Ut enim animal hominis, ita & homo Platonis, id est cujusq; individui, essentiam significat. Quare ut dico, Homo est animal: Sic etiã, Plato est homo. Atque etiam individua sui formis differunt, etiam si illa, ut in omnibus ferè rebus obscura sint, & nobis non appareant.

9 Ramus docet genus esse symbolum causarum essentialium, & speciebus pariter communium, hoc est, notam & vocem generalem causas speciebus communes significantem. Ergo ista essentia consistunt in Individuis: quarum communio mente concipitur, & communibus vocibus, i. generibus significatur.

10 Nec de hoc singularium & universalium discrimine quicquam P. Ramus seorsim in arte tradit: quia & ex definitionibus individui, speciei & generis satis intelligitur, & controversia in Scholis copiosius explicantur. Nota autè D. Philippum hic dicere ex
indivi-

4 Cur Prædicabilia etiam Universalia nominantur?

Quia sunt gradus vocabulorum communium. Nihil enim de alio dici potest, nisi sit æquale aut communius: nec vocabulum angustius ponitur loco prædicati. Naturalis enim hic ordo est, ut angustiora declarentur per communiora.

5 Quot sunt Prædicabilia?

Quinque, Species, Genus, Differentia, Proprium, Accidens.

6 Quid est Species?

Species est nomen commune, proximum individuis, de quibus prædicatur in quæstione, Quid est? ut cum quærimus, Quid est Plato? Respondetur, Est homo: Quid est Bucephalus? Est Equus.

7 Quare hic gradus vocabulorum nominatur Species?

Quia ab individuis mens sumit imaginem, quam secum circumferens accommodat ad omnia cognata individua, ut qui semel vidit cervum, circumfert secum imaginem, quam intuens, ubicunque cervos videt, agnoscit eos. Hæc causa est, cur proximum nomen individuis Species dicatur. Nam generis non est una talis imago.

8 Quid est Individuum?

Individuum seu Singulare, est nomen proprium, aut res una numero, significata nomine proprio sub certa specie, seu ostensa particula demonstrante, ut Plato, seu, hic homo: Grammatico est proprium sub suo appellativo.

9 Suntne res universales extra intellectiōem, ut aliqui ideas esse res extra intellectiōem universales imagi nati sunt?

1^o Omne quod est, eo ipso quod est, singulare est, ait Boërius, hoc est: Quæcunque res in natura verè & positivè est quiddam extra intellectiōem, est singularis

4 Illustratio ab alio nomine, ejusq; ratione.

5 Distributio prædicabilium.

1 Prædicabile

6 Definitio speciei à genere categorico, & adjuncto duplici, nempe, ordine & prædicatiōnis quæstione.

At Ramus ex propria natura & essentia, non ex adjunctis falsis & alienis definit. Vide infra.

7 Occasio & interpretatio vocabuli, ex subjecta notione ab individuo mēto concepta.

8 Descriptio Individui ex adjunctis.

9 Quæstio de universalium essentia & quasi subjecto, ad quæ respondet singularium unde communes notiones collectæ sunt & universalium distinctiōe.

10 Res singulares & individua, sive propria nomina

individuis imagines colligi, quæ sint species: quòd ex unius individui imagine, mente concepta cætera ejusdem generis individua, tanquam similia ex simili cognoscantur. At P. Ramus hanc Philosophiam apertius definitionibus & in Scholis explicat, quòd videlicet species & genera sint communes notiones, quibus communis individuorum & quorumcumq; inferiorum essentia notetur: & ideo genus dicitur totum, suis partibus, id est, speciebus essentiali. Ergo species seu genus est essentia individui, non tantum externa imago, ut pro essentia imago hic sumi videatur. E communi autem rerum singularium essentia, sensu percepta, mens communes generalesque notiones seu essentielles imagines colligit, quæ sic sunt genera, communem specierum essentiam complexa. Et quia singularia omnia oppositis formis & proprietatibus differunt, nempe alia, quæ ejusdem sunt naturæ, paucioribus, ut Plato, Cato, &c. alia, quæ alterius naturæ, pluribus, ut hic homo, illa bestia, ille lapis, &c. hinc porrò generum gradus sursum spectando distincti sunt: quæ quò sunt altiora, cò pauciores proprietates continent, ideoque latius etiam patent, ut quæ communissimam omnium mediorum & infimorum essentiam significant.

11 P. Ramus ita definit: Genus est totum partibus essentiali. Species est pars generis. Sic enim ex propria essentia vi & significatione, non ex adjuncta communione & questione, definit. Illud multis commune esse, etiam aliis argumentis convenire potest. *Questio, Quid est? essentialiter ad Definitionem, non ad speciem & Genus, pertinet. Vide nostras disputationes Logicas in lib. 1 Dial. cap. 27.*

12 Divisio generis in Generalissimum & Subalternum, itemq; speciei in Subalternam & Specialissimam, in Rami Logica accurata & perspicua est, lib. 1 Dial. cap. 27.

13 Hoc Physicum substantiæ distinctæ exemplum tum hic in predicabilibus, tum infra in predicamento Substantiæ ponitur. Hic, ut distincti generum & specierum gradus declarentur: in Substantiæ predicamento, ut res ipsæ & earum voces (quæ in Physica plenis definitionibus ac distributionibus explicantur) illic quasi punctis designatæ tanquam illorum generum & specierum exempla, incipientibus cum Logica rerum cognitionem conjungere in promptis sint. In Predicabilibus igitur Genus & Species, ut argumentorum genera, suis Logicis nominibus traduntur, & exemplo illo Physico declarantur: in Categoriis autem res ipsæ quæ sunt illorum argumentorum exempla, è suis artibus, suis & propriis vocabulis, quadam generum & specierum divisione breviter distinctæ ob oculos subjiciuntur.

1 Differentia generale argumenti seu predicabilis nomen non est, sed fructus formæ alii oppositæ. Vide lib. 1 Dial. cap. 7, de Forma, & 17, de dissentaneorum fructu. Distorta autem affectione Differentia ad Speciem refertur: cum & Differentia, utpote forma seu formæ fructus, ad effectum formatum, & ipsa species ad genus propriè affecta sit.

2 Anima

singularis per sese. Res sunt extra intellectiōem, hic cervus, hic homo, hic equus. Sed communis illa imago cervi, quæ vocatur species, non est quiddam extra intellectiōem, nec est, ut Græciloqvuntur, ὑπόστασις seu hypostasis. Sed est revera actus intelligendi, pingens illam imaginem in mente, quæ ideó dicitur communis, quia adplicari ad multa individua potest, ut, circumferens in mente imaginem cervi, agnoscit cervos ubicunque oblatos figuram ad imaginem in mente conferens. Nec aliud Plato vocat Ideas, quàm quod Aristoteles nominat Species seu εἶδη. Has dicunt esse perpetuas: quia rosæ notitia seu definitio manet in mente, etiam in hieme, càm nullæ uquam florēt. Et una est vera ac perpetua definitio.

¹ Quid est genus?*

GENUS est nomen multis speciebus commune, & prædicatur de iis in quæstione, Quid est? ut, Quid est homo? Est animal.

* I I Prædicabile.

¹¹ Defini. generis à genere categorico, relato, & adjuncta quæstione.

¹² Quomodo differunt Species itemq, Genera?

Infimæ Species dicuntur Specialissimæ, quæ sunt proximæ individuis, & verè sunt imagines proximè sumptæ ab individuis, ut homo, equus, summum dicitur generalissimum. Inter hæc cætera dicuntur species superiorum, & genera inferiorum: ut,

- | | | |
|----------------------------------|---|--------------------|
| 1 Genus generalissimum. | } | 1 Substantia. 13. |
| 2 Subalterna genera seu species. | | 2 Corpus animatum. |
| 3 Species specialissima. | | 2 Animal. |
| 4 Individuum. | | 3 Homo. |
| | | 4 Plato. |

¹ Quid est Differentia?*

DIFFERENTIA est, quæ cum genere cõstituit certam speciem, & de specie prædicatur in quæstione, Quale est? ut, ² Rationale, est hominis differentia: quia cum animali junctum constituit speciem, nempe hominem, & ostendit, qualis sit species.

mediis, Specie & Individuo: vide in predicamento substantie pleniorē distributionem.

* I I I Prædicabile.

¹ Definitio ab effectu quodam, & subiecto.

¹¹ q, adjuncta quæstione.

² Quomodo

habeant, ut Plato, Roma, &c. sive non habeant, ut hic cervus, ille lapis, hoc lignum, &c. illæ inquam revera sunt, seu subsistunt. Species autē & genera ab individuis illis ascendēdo cõsiderata, sunt communes inferiorum essentia, communib. vocibus expressæ. Quod igitur in Individuis verè & positivè subsistit, id quatenus alii commune est, proxima specie seu genere, tanquam communi symbolo, continetur & significatur. Ut, homo essentiam singulorum hominum communem significat, &c.

¹² Distinctio graduum in generibus & speciebus.

¹³ Exemplum è physicarum essentiarū distributione multilarū, sumpto genere summo, cū quibusdam

2 Anima rationalis est hominis forma: quia per eam homo est id, quod est, & a ceteris naturis, in quibus est opposita forma, distinguitur. Hoc ita ab Ramo lib. 1, cap. 7 & 17 docetur, itemq; formas cum genere constituere species, cap. 27.

3 Forma veram differentiam, quippe alii opposita, facit: quæ quia cuiusq; rei unica est, divisionem nullam recipit. Nam si forma e rebus formatis in Logica dividenda esset: tot essent formarum, quot sunt rerum genera. Hæc autem Differentiæ divisio ex generis & specierum distinctione deducta est. Nam cum & genus suam formam seu differentiam habeat, qua ab alio genere differt, quaque sit omnibus speciebus, ut tota generis essentia, communis, & species porro suis etiam inter se formis distinguantur: quasi ideo differentia inde divisionem accipiat. Sed & lex κατὰ πᾶν τὸς φικτας divisiones rejicit, & lex κατὰ αὐτὸ ἀλλοτῆρας, aliis attribui, & lex κατὰ τὸ γενεῶν generalia speciatim enunciari vetat. At generale est illud, omnes res suis formis id esse, quod sunt, & a ceteris rebus distingui, genera a generibus aliis, species a speciebus, & ita deinceps. Ergo per species docendum non est species habere differentias tum generales, tum specificas. Etenim generales illæ sunt generum, non specierum, insunt tamen speciebus, sed ut tota generis essentia in eis inest.

Proprium.

4 Proprium Ramo est adjunctum, nempe propria qualitas, quæ omni soli, subjecto semper convenit, lib. 1, cap. 11. Et certè quia inclinatio est, aut quiddam adjacens, rectè in adjunctis ponitur. Adjacens enim adjunctum est.

5 Proprium rectè definitum, non recipit divisionem: quin & hujus divisionis species, cum auctoris generali definitione pugnant, ut & ipse in quarta Specie innuit.

6 Hoc Ramo est commune quoddam hominum adjunctum, quod ex forma, nempe mentis ratione prædita, facultate, accidit & quibusdam præcipuè ex propria etiam formæ efficacia.

7 Bipedem esse ad formam corporis quorundam animalium pertinet, nec proprium adjunctum est, cum corpori essenziale sit.

8 Canescere etiam Ramo commune quoddam adjunctum est.

9 Hoc ut verè proprium a Ramo retinetur, & in Adjuncto explicatur.

10 Discrimina ejusmodi Ramus separatim non exquirat, quod ea propriè definitionibus contineantur. Forma & materia sunt causæ essentielles: propria qualitas præter essentialiam accedit.

Accidens.

1 Accidens Ramo verum distinctumq; argumenti nomen aut genus non est, sed efficientis modum, qui opponitur modo per se, significat. In prædicabilibus autem accidentis nomine, quædam tum effecta, ut scribere, currere, tum adjuncta, ut notitia, albedo, &c. permiscetur: quæ commodius suis in generali Inventionis locis docentur.

2 Quatenus et quævis effecta argumenta vel separari possint, vel non possint, id tum generatim ex eorum definitionibus, & aliis regulis, tum nominatim ex ipsarum rerum disciplinis cognoscitur.

3 Enun-

³ Quotuplices sunt differentie?

Differentiæ aliæ sunt generales, quæ multis speciebus conveniunt, ut, Sentiens: aliæ specificæ & ultimæ, quæ uni tantum speciei conveniunt: ut Rationale.

⁴ Quid est proprium?

Proprium est inclinatio, aut quiddam adjacens, quod uni soli speciei semper, & omnibus individuis ejus inest, scilicet potentia, non actu semper, ut, Ridere, vel, loqui, homini.

⁵ Quot modis Proprium dicitur?

Quatuor: ⁶ Primùm dicitur Proprium, quod uni Speciei tantum convenit, sed non omnib. individuis, ut fieri Jurisperitum, aut heroicum bellatorem, seu Herculis similem, soli homini, sed non omnibus individuis contingit.

⁷ Secundò dicitur Proprium, quod omnibus individuis convenit, sed non soli Speciei, ut esse bipedem, non soli homini convenit.

⁸ Tertiò, quod soli Speciei, & omnibus Individuis convenit, sed non semper, vt canescere.

⁹ Quartò, dicitur proprium accommodatissimè, de quo hinc loquimur, quod uni soli speciei & omnib. ejus individuis, & semper convenit & dicitur de Specie in quæstione, Qualis sit? ut, Incedens erecto corpore, posse ridere, conveniunt homini.

Quid interest inter Differentiam & Proprium?

¹⁰ Differentia significat partem constituentem: sed Proprium significat quiddam sequens rem constituentem. Sed Propria sæpe pro Differentia usurpantur.

Quid est Accidens?

¹¹ Accidens est, quod non per sese subsistit, nec est pars substantiæ, sed in alio est mutabiliter, ut, Calor & frigus in aqua: notitia in mente.

Quotuplex est Accidens?

¹² Accidentium alia sunt separabilia, ut frigus ab aqua, lætitia à mente. Alia sunt inseparabilia: ut quantitas seu magnitudo à substantia corporea: calor ab igni: humiditas ab aqua.

² Exemplum nudè indicatū, & ex definitione demonstratum.

³ Divisio differentie.

IIII Prædicabile.

⁴ Defini. à genere, subjectis & adjunctis, nempe soli & semper.

⁵ Divisio proprii quadripartita.

¹⁰ Illustratio ab oppositi discrimine.

V Prædicabile.

¹¹ Descriptio à genere intellecto, subjecto, & adjuncta mutabilitate, contrario illustrata.

¹² Divisio accidentis.

Quo-

3 Enunciandi forma & modus axiomaticum legibus continetur: Grammatica sermonem regit. Sed ex argumentorum affectione, definitionibus expressa, accommodatio sermonis ad mentis sensum seu rationes Logicas, intelligitur.

4 Illos fructus generalis inventio multo commodius & promptius prestat. Universe distributionis, & precipue Generis ac Speciei affectio, Categoriarum seu predicamentorum gradus apertissime distinguunt. Sed & causae effectiq;, & subjecti adjunctiq; affectiones, reliquorum novem ad substantiam applicationem, totamq; categoriarum constitutionem evidentissime explanant.

5 Tot sunt usui convenientes predicationes, quot argumentorum affectiones, sed forma modiq; predicandi, sunt in axiomaticum doctrina.

6 Perfecte in Logica docetur, e quibus argumentis, & quomodo Definitiones ac Distributiones sumantur, cum in predicabilibus quaedam earum principia desiderentur, ut causae tres, totum integrum, ut membrum dissentanea & comparata, &c.

7 Vide cap. 3. lib. 2. Dial. quam accuratè contingentium & necessariorum discrimen, ex inventionis etiam argumentis (quorum in predicabilibus quaedam desunt) explicetur.

1 Predicationis doctrina P. Ramo non est καθόλου πρῶτον: quæ nihil aliud sit, quam Enunciationis doctrina cum rhetorica modificatione, & theologica proprietate permixta, ut & ipse auctor hic ostendit, & collatio demonstrabit.

2 Quando Axioma definitur, etiam predicatio eadem definitione definitur.

3 Hec est altera Axiomatis, affectionum divisio, lib. 2, cap. 3.

4 Veri & falsi axiomaticis definitio est etiam talis predicationis definitio.

5 Hec vera divisio Ramo καθ' αὐτὸ non fuerit: quia e Logica, Rhetorica, & Theologica confusa est, orationem aliam esse propriam, aliam figuratam in Rhetorica docetur.

6 Nunc nomine Regularis, hic ut propria oratio & legitima predicabilium attributio significatur. Logice dicimus, omnem ex omnium argumentorum generibus predicationem, i. enunciationem, recte factam, regularem & legitimam esse.

Quomodo dicuntur accidentia de subjectis?

³ Accidentia dupliciter exprimuntur nempe per abstracta, i. substantiva, ut Albedo, & per concreta, i. Adjectiva, ut albus, atque hæc concreta de subjectis enuntiantur: ut, Paries est albus, non albedo.

Que est utilitas Predicabilium?

⁴ Primó discernunt gradus vocabulorum in Prædicamentis, quæ sunt distributiones Generum & Specierum, &c.

⁵ Secundó ostendunt prædicationes juxta naturæ ordinem. Nam & de Individuo Species, & de Specie itemque Individuo Genus, aut Differentia, aut Proprium, aut Accidens prædicatur.

⁶ Tertió valent ad definitiones & divisiones.

⁷ Quartó distinguunt propositiones necessarias á contingentibus: quia ex accidenti ejusque subjecto fiunt contingentes propositiones, & ceteris necessariæ.

DE PRÆDICATIONE.

² *Quid est Prædicatio?*

P RÆDICATIONO est in propositione attribui prædicatum subjecto. Itaq; ut propositiones ita prædicationes etiam partimur.

³ *Quotuplex est Prædicatio?*

Prædicationum alia vera est alia falsa.

⁴ *Quid vera & falsa?*

Vera est, quæ cum re, de qua aliquid affirmat, aut negat, congruit: ut, lapis est gravis.

Falsa quæ á re dissentit: sed omissis falsis partiamur veras.

⁵ *Quotuplex vera?*

Vera prædicatio alia est regularis, alia figurata, alia inusitata.

⁶ *Quid est Regularis?*

Regularis, quæ congruit ad aliquem modum ex quinque prædicabilibus, ut cùm Species de Individuo aut de Specie vel Individuo Genus aut Differentia, aut Proprium, aut Accidens prædicatur.

⁷ *Quid*

³ *Præceptum de modo prædicandi, i. enunciandi. Sed hoc judicium est, non inventionis.*

⁴ *Explicatio à finium enumeratione.*

¹ *Predicabilia tanquam fundamentis, subicitur prædicationis doctrina.*

² *Descriptio prædicationis á suo subjecto & adjuncto.*

³ *Prima prædicationis divisio.*

⁴ *Definitio á forma.*

⁵ *Subdivisio vere.*

⁶ *Definitio á quadam forma sed ea plena esset, si dicas, quæ ad argumentorum affectiones, congruit.*

7 Et figurata prædicatio revera Regularis est: quia argumentum argumento attribuit, sed Tropus orationem facit figuratam, non autem facit novam prædicationem: ut, Tyrannus est lupus: hic simile attribuitur simili, per Metaphoram, id est, similis lupo.

8 De Inusitata P. Ramus in Dialectica nihil. Cùm enim sit quarundam in Theologia propositionum propria: de ea nihil seorsim in generali & communi arte præcipiendum putavit.

9 In Judicio vera Enunciatio in Necessariam & Contingentem dividitur: ubi & hæc & proxima prædicationis divisio legitime comprehenditur.

10 Necessaria enunciatio (Axioma) est etiam necessaria prædicatio, & quidem essentialis in notis $\kappa\alpha\theta' \alpha\upsilon\tau\acute{o}$ & $\kappa\alpha\theta\omicron\lambda\omicron\varsigma \pi\epsilon\acute{\omega}\tau\omicron\upsilon$.

Contingens Enunciatio est contingens, itemq; accidentalis prædicatio.

11 Causalis redundat, quia vel necessaria, vel contingens est. Si verò placet ex argumentis appellare, Dic potius, consentanea, & quidem absolute vel modo quodam, item Dissentanea, comparata prædicatio, & similiter per species omnes, ut, causalis, & sic efficiens, materiae vel materialis, formalis, finalis, &c.

12 Accidental, vide paulò antè Contingens.

DE

7 Quid Figurata?

Figurata est in sermone improprio: ut, Tyrannus est lupus, id est, similis lupo.

8 Quid inusitata?

Inusitata est in propositionib. de filio Dei: ut, Deus est homo. Verbum caro factum est.

9 Dic aliam Divisionem?

Prædicationum alia est Essentialis, alia Causalis, alia Accidentalis.

10 Essentialis cum idē de se ipso, aut de individuo Species, aut de Specie & individuo Genus, aut Differentia, seu tota Definitio prædicatur.

11 Causalis cum causa nominatur: quæ si est interior, ut materia vel forma. Prædicatio essentialis est: ut, Panis est triticeus. Si est Efficiens aut Finis, propriè prædicatio causalis dicitur: ut, homo est creatura Dei, &c.

12 Accidental, quando accidens de subiecto dicitur: ut, Vinum est dulce. Cicero est orator.

Dic aliam Divisionem?

Prædicatio vera res est necessaria, vel contingens. Necessaria quæ non potest se aliter habere, ut in illis propositionibus, in quibus Genus aut Differentia, aut Propriū, aut tota definitio de Specie dicitur. Contingens, quādo accidens de subiecto, ē in rebus præteritis dicitur: ut, Paries est albus: Cæsar vicit Pōpejum.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

Hactenus Prædicabilia sequuntur Prædicamenta. Prædicabilium seu Categorematum doctrina quorundam consentanea affectionis argumentorum inventionem & explicationem complectitur. Categoriarum seu Prædicamentorum tractatus est quasi thesaurus & inventio rerum ipsarum ac vocum, quæ prædicabilium exempla & copiam distincte suppeditet: quasi illic sit argumentorum, hic rerum & verborum inventio. Vide collationem e regione. Sic Ramus conjungit artes generales & speciales, ut generales instrumenta ac notiones communes: speciales vero res ipsas cum suis vocibus, tanquam generalium exempla, doceant. Progressus igitur hic a simplicibus quidem continuatur, sed minus legitime, quod & partitionis, illum distinguens, lumen supra omissum sit & argumentorum, quæ sunt in Logica simplicissima, genera quadam in Prædicabilibus seorsim tradantur, quædam cum rebus specialium artium in Categoriis confundantur, eaq; ipsa cum reliquis post judicium in Inventionem repetantur.

7 Defin. etiam a forma.

8 Defin etiam a forma seu subiectis.

9 Secunda divisio prædicationis

10 Defin a distributione subiectarum partium, i. argumentorum, in quib. versatur.

11 Descriptio a subiecto, & ab eo distributo distinctio.

12 Defin. a subiectis partibus, seu argumentis. Secunda subdivisio vera, sed incommode tractata & a præcedenti distincta.

Categoriar.

QUONIAM Prædicamēta, nec ipsa certam aliquam artem constituunt, nec unius alicujus artis pars sunt: recte a P. Ramo eorum tota doctrina ē Logica explosa est, partes autem, tum ad ipsam Logicam, tum ad Physicam, & alias artes, unde huc congestæ erant remissæ sunt, præcipue ex lege καὶ ὁ αὐτὸ, quæ nihil alienum in ulla arte tolerat, & καθόλου πρὸς ὅτι, quæ generalia cum generalibus & generatim, specialia cum specialibus & spectatim enunciari jubet.

Architæ autem Tarentino, categoriarum auctori propositum hac commentatione fuit, nō dialecticæ artis partem aut principia, sed totius universitatis distincta quædam genera seu classes & ordines constituere, ut juvenus Philosophiæ adhuc ignara quædam rerum & simul verborum facultatem seu distinctionem, ad Dialecticæ usum illustrandum, & ad Philosophiam cognoscendam, in promptu haberet. Unde etiam τὰ πρῶτα τῆς φιλοσοφίας, principia Philosophiæ ab Alexandro dicta sunt. Fieri igitur aliter in tali universitatis distinctione non potuit, quin Logica quædam argumentorum genera seu nomina, cum ipsarum rerum generibus ac nominibus permiscerentur: quasi hæc una quædam ex primaria & secundaria, id est, argumentorum & rerum ipsarum earumque vocum Inventionem, conjuncta inventio (qualem etiam Rhetores forenses in suis causarum generibus sinxerunt) esse debuisset. Sic Substantia, Quantitas, Qualitas, & cætera prædicamenta, essent viæ & indices inveniendi, ut argumenta sunt in generali Inventionem, & simul essent rerum vocumque inveniendarum classes ac thesauri, res suis generibus gradibusque distinctas complexi. Itaque hæc categorica ordinatio instituta & facta est, non quidem prorsus juxta artium distinctionem, qua ille ex rebus ipsis subjectis propositisque, & finibus suis distincta sunt, sed tum ex causæ & effecti, tum ex subjecti & adjuncti affectione confusa, atque angustius ad res physicas, tanquam fundamentum, accommodata, præteritis tamen & tribus causis & dissentaneis, præter Relata, & comparatis, & ortis ac artificialibus argumentis, quæ vel in ipsis substantiis, nedum in omni Ente & non ente consideratur. Proposuit sibi categoricus auctor primum aliquod summum totius universitatis rerum genus, nempe Ens. Deinde alia entia per se subsistere, alia in illis esse, seu illis quasi accidere cogitavit: itaque illud ens dichotomicè distinxit, in Substantiam & Accidens. Substantia, tanquam primum genus, res per se subsistentes, sua cōmunionem & classe completeretur: ea autem sunt res Physicæ, Deus creator, & creatæ essentialia. Accidens eorum entium genus esset, quæ essentialibus illis inhererent, vel adessent, quod in novem alia genera seu classes, quibus tam varia accidentia continerentur, distinxit, ut substantia eorum omnium esset fundamentum & sustentaculum, cui illa inuterentur, & sine quo consistere non possent. Deinde porrò unumquodque ex illis decem generibus, a summo gradatim divisione descendendo per subalterna seu media ad infimas species, & individua distinguere voluit:

DE PRAEDICAMENTIS.

Quid est Praedicamentum?

PRAEDICAMENTUM, i. Categoria, est ordo generum & specierum, sub uno genere generalissimo, quod aut substantiam, aut accidens aliquod significat. 2 Quia tota haec tabella, quae continet praedicamenta, est exigua tabella universitatis rerum, distribuit substantias, & substantiarum accidentia.

3 Quod discrimen est praedicabilium & praedicamentorum?

Praedicabilia sunt velut tituli discernentes gradus in praedicamentis, ut si alio colore pingeres hominem, alio animal, ut cognosci posset, utrum nomen sit communius. Sed nomina in Praedicamentis sunt proximae rerum appellationes; Praedicabilia vero sunt harum appellationum distinctiones.

4 Quid significat nomen?

In foro speciatim est accusatio, sed in Dialectica est in genere, commemoratio: quia haec doctrina ostendit, quae vocabula quibus recte jungantur, seu quae vocabula cujusque speciei naturam indicent & commemorent, quid sit subiectum. Verus autem titulus libri praedicamentorum fuit, πρὸς τὴν καθόλου λόγων, i. de universalibus seu generalibus capitibus, unde sumitur oratio de qualibet materia, &c.

1 Descriptio à genere quodam, & subiectis.

2 Declaratio à sine & effectus.

3 Illustratio à differentia oppositae doctrinae.

4 Item ab interpretatione nominis: quae magis argumentorum affectioni, quam rebus ipsis convenit.

voluit: quod ut in substantia, quæ unius artis est, expeditius erat, ita in cæteris, quæ ferè diversarum artium res confundunt, impeditius & difficilius. Sic itaq; quasi directæ & obliquæ consideratione usus est: Directæ deorsum à summo genere, per media, ad individua, & hinc vicissim sursum ad illa vergente: obliquæ transversè ad Substantiam, tanquam fundamentum, Accidentia, tanquam adjuncta & effecta, imò etiam quædam subiecta, adjungente. Quare ad totam illam categoricam structuram accuratè distinguendam Prædicabilia non sufficiunt, sed tota ferè Inventio requiritur: ut hæc Porphyrio illorum à generali Inventionè separandorū causa nulla esset. Unde etiam efficitur, illam categoricam doctrinam, non ut partem Logicæ includendam, sed ut scholasticum commentarium, & quædam Philosophiæ principia in scholis explicandæ esse.

7 Logica omnium artium altissima, sibi omne ens & non ens proponit, ejusq; affecta argumenta, sive verè sint, sive ita fingantur, investigat, disponit, & judicat. Sed categoricus auctor tantum universitatis entia spectavit, & his classibus distinguere voluit, cum tamen ejusmodi quædam argumenta complectatur, quæ etiam sunt non entium communia.

8 Dichotomia illa Entis, categorico auctori peculiaris, Logicè cōsiderata valde confusa est: quia entia quidem nonnihil distinguit: sed interim affectiones diversorum argumentorum, ac præcipuè consentaneorum rairè conturbat.

1 Essentia Logicè considerata significat cujusvis entis & nō entis causas, propter quas revera est, aut esse fingitur. At hic categorico auctori significat tantum unicā speciem entis, nempe essentias per se subsistentes (de quibus Theologia & Physica præcipiunt) sed abstractas à suis accidentibus, i. ab effectis, subiectis & adjunctis suis.

2 Divisio illa substantiæ etiam cæteris categoriis, imò omnibus rebus, communis est. Alia enim quantitas, qualitas & quævis res est singularis, & individua, sub sensum cadens: alia est generalis & communis tantum notio, ex individuis collecta. Ergo ea in Logica rectè Generi & Speciei tribuitur, indeque ad res omnes explicandas accommodatur.

3 Hic vides Physicam naturam seu essentiam per se subsistentem per sua media genera ac species distribui, distributione à summo seu generalissimo hic genere, per subalterna seu media ad individua usq; deorsum adumbrata. Ergo Logica hic quidem, nempe, distributionis, ut æq; operatio & usus, ut in omnium artium aliarumq; rerum descriptione, apparet, sed Logica doctrina, Logicaq; res hic nulla est: cum hæc tota Physica sit. Perinde igitur hæc Categoria ad Logicam pertinet, ac si vocū etymologia subiectarum distributionem, à summo genere, per media, ad individua delineatam, diceres esse Logicam. Itaq; P. Ramus, ut hanc universam substantiæ distributionem, ita etiam ejusdem partes, id est, genera & species, ad Physicam remittit, indeq; plenius peti censet.

Est itaq; tabula essentiarum Physicarum, quæ nudas essentias intuetur, earum quantitativis ad Quantitatem, qualitativis ad Qualitatem, & ita deinceps rejectis. Sic enim categorica hæc contemplatio,

5 *Quæ est Prædicamentorum utilitas?*

Primò ostendunt discernendam esse Substantiam ab Accidentibus, & Absoluta à Relativis. Secundò demonstrant, in quibus domiciliis quærenda sint genera definitionum, quæ in omni explicatione primùm constituendæ sint.

6 *Quot sunt Prædicamenta?*

Decem: *Quæ?*

- | | |
|----------------|--------------|
| 1, Substantia, | 6, Passio, |
| 2, Quantitas, | 7, Quando, |
| 3, Qualitas, | 8, Ubi, |
| 4, Relatio, | 9, Situs, |
| 5, Actio, | 10, Habitus. |

7 Supra hos ordines omnes, vocabulum *Ens*, tanquam summum in rerum natura collocandum est.

8 *Hinc distincta sunt Prædicamenta sic:*

Ens est Substantia, vel Accidens. Accidens est Quantitas, Qualitas, &c.

I, DE PRÆDICAMENTO

Substantiæ.

1 Est Ens, quod proprium esse habet, & sustinet accidentia. Prædicamentum igitur substantiæ est substantiarum ordo. Dicitur *ὄν*, i. Essentia, & generaliter *ὄν ὁσῶς*, Substantia, itemque *ὄν ὡς αὐτὸν* subsistens (sed de his vocibus in Ecclesia vide auctorem, & Theologos.)

2 Substantiæ sunt aliæ primæ, aliæ secundæ.

Primæ sunt Individua & Singularia: ut, Hic homo, vel Petrus.

Secundæ sunt Species & Genera: ut, Homo, animal.

3 *Recita ordinem Substantiarum.*

5 *Alia explicatio à finibus. Sed argumentorum affectiones omnia consentanea à dissentanea, essentialia à non essentialibus, & ita deinceps plenè distinguunt.*

6 *Distributio Prædicamentorum.*

7 *A summo genere dichotomiā clariore deducit.*

1 *Definit substantiæ à genere, formâ, & adjuncto.*

2 *Divisio substantiæ ex individi, speciei & generis affectione deducta.*

templatio, res uni arti subiectas suo quodam intuitu, divellit, inq; diversis classibus ponit, ut essentias & earum qualitates: contraq; etiam res diversarum artium in unam classem congregat.

4 Ejusmodi categorica admonitio in generali Logica totius & partis, itemq; privantium affectione continetur.

5 Hec proprietatũ consideratio angustius ad hanc categoricam constitutionem accommodata in generali Logica vet prorsus nullum locum habet & aliquando falsa est, vel per argumentorum affectiones intelligitur.

6 Prima proprietatis ratione substantie & accidentium ita se habere videtur: attamen Substantia etiam est in subiecto loco

7 Secunda ut vera sit, tamen etiam Quantitati convenit.

8 Tertia non prorsus vera est: quia homo & bestia essentialibus formis adversantur.

AD QUANTITATEM.

HEc quantitatis classis mathematicas quantitates, quæ separatim Geometriae & Arithmeticae subiectæ sunt, completitur. Logica autem quantitas, quæ comparationi proposita est, quidvis quantum etiam in ipsis qualitatibus, virtutibus, vitiis, & huiusmodi aliis significat. Ergo hæc categorica Quantitas quædam Quantitatis Logicae exempla continet, non summum aliquod Logici argumenti genus constituit. Quando verò magnitudo & numerus non comparantur, sed aliorum argumentorum affectione considerantur, tum illorum est affectionem induunt & exempla fiunt.

3 Species illæ quantitatis continuæ, sunt magnitudinis Geometriae species, ideoq; in Geometria ex lege κατὰ αὐτὸν rectè explicantur. Inde autem à categorico auctore in hanc classem separate ac sepositæ sunt, quia suarum substantiarum quasi Accidentia sunt, id est, vel formæ vel adjuncta.

4 Numerus Arithmeticae proprius est, inde, ut quantitatis species, ad hanc sedem revocatus.

5 Primo

4 Ubi collocandæ sunt partes Substantiarum?

Pars semper in eodem ordine ponenda est, in quo totum collocatur. Caput, pedes, pectus, sunt partes animalis, & revera sunt substantiæ.

Item privativa nomina referantur ad domicilia earum rerum, quibus opponuntur: ut, cadaver referatur ad prædicamenti seriem, ubi animal recensetur.

5 Quot sunt proprietates Substantiæ?

Tres: Prima, 6 Substantiæ non sunt in subjecto, ut Accidentia, sed ipsæ sustinent accidentia.

7 Secunda, Substantia nõ recipit magis aut minus.

8 Tertia, Substantiæ diversæ non dicuntur contrariæ, sed disparatæ: ut Ignis & aqua, Lupus & ovis.

II, DE PRAEDICAMENTO
Quantitatis.

Quid est Quantitas?

1 Quantitas est magnitudo rei, vel numerus. Et quantitati propriè convenit mensurari, vel dividi.

Quæ est prima divisio Quantitatis?

2 Alia est quantitas continua, alia discreta. Continua est magnitudo corporum, videlicet, longitudo, latitudo, & profunditas. Discreta est numerus, item oratio.

Quot sunt species Quantitatis continuæ?

3 Tres: Linea, superficies, & corpus. Linea est longitudo sine latitudine & profunditate, cujus extrema sunt duo puncta. Superficies est longitudo & latitudo, sine profunditate, *ohne dicke*. Corpus est longitudo, latitudo & profunditas.

Quid est Numerus?

4 Numerus est multitudo ex unitatibus collecta: ut, duo, tria, quatuor.

Cur oratio in hoc Prædicamento recensetur?

Quia in oratione sunt diversa intervalla syllabarũ, & dictionum, ut in numeris, & mensuræ diversæ: ut aliæ syllabæ sunt longæ, aliæ breves.

C 4 Quot

4 Præceptum de partibus & privationibus, illis è suo integro, his ex contrario habitus intelligendis.

5 Explicatio ab adjunctis proprietatibus.

II Descriptio Quantitatis categoricæ per species earumque proprietates.
1 Divisio Quantitatis quæ est Geometriæ & Arithmeticæ distinctio. Vide *padig. Logicæ*
2 partem in Quantitate.
3 Divisio continuæ & specierũ definitiones.

4 Definitio Numeri.

5 Prima proprietas etiam qualitatibus, & aliis communis est, quæ à suis substantiis separata nullam efficaciam habent.

Secunda est admonitio è Logica Quantitatis divisione, sed nimis angustè ad Geometricas & Arithmeticas quantitates adstricta.

Tertia falsa videtur. Nam ut in Qualitate albor & nigror, licet non suscipiant magis & minus, tamen candidum & nigrum suscipiunt: sic in Quantitate, quamvis longitudo, altitudo, multitudo non suscipiant magis & minus, attamen longius, latius, altius, plus dicimus, & longissimum, latissimum, altissimum, plurimum. Præterea si maximè vera sit, tamen cum Substantia communis fuerit.

Qualitas.

1 Categorica hæc qualitas res tum Physicas quasdam, ut naturales potentias $\pi\acute{\alpha}\theta\eta$, & colores, tum Ethicas, ut virtutes vitiaq; tum Geometricas, ut figuras formasq; & sic aliarum artium notitias, complectitur: quæ ideò à suis legitimis sedibus avulsæ, in hæc classe congregantur, quod ad Substantiam collatæ, ejus sint adjunctæ qualitates seu affectiones: quanquam Geometricæ figure sunt potius Logicæ formæ exempla. Logica autem qualitas, quam Dialectica nominat & spectat, tum simpliciter, tum comparatè spectatur. Simpliciter cum adjunctæ qualitates, sive ea propria sint sive communes lib. 1, cap. 11, nominantur. Comparatè, cum Qualitas etiam in quantitatibus & non entibus considerata, comparationis subjecta ejus alterum genus constituit, lib. 1, cap. 18, & 21 ac 22. Ergo categorica illa qualitas, doctrina ratione, nihil cū Logica commune habet, cum nec adjuncti, nec cōparationis affectiones explicet, sed exempla quedam adjunctarum qualitatum exhibet, si ea ad substantiam accommodentur. Nam alioquin illæ qualitates, vel inter se spectatæ, vel ad alias res relatæ, etiam alias consentaneas vel dissentaneas affectiones induere possunt. Itaq; Logica res illas multò rectius & plenius in suis artibus, ubi perfectè exponuntur, argumentorum affectionibus ad illas accommodatis, considerat, indeq; ad usum depromit.

2 Illa qualitatis divisio, rebus ex diversis artibus huc congregatis, illud commune genus (Qualitas) hæc categorica consideratione tribuit, cum tamen illud, in suis legitimè descriptis artibus, iis omnibus non ita attribuat.

3 Habitus communis Philosophiæ vox est, nō certæ artis propria, nisi quatenus in Logica nominatim privationi opponatur. Comparatur autem perfectè natura, doctrina & exercitatione.

6 Illa habitus divisio potius illis artibus, ad quas res tales pertinent, quàm ipsi habitus, inde profecto, convenit.

7 Divisio illa habitus animi est Physica & Ethica.

8 Hic Logica facultas ex Physica emergit, quod Inventio objecta simplicia ac nuda intueatur, & distinguat, Judicium verò cōjuncta faciat, & apprehendat.

Quæ Logica sunt, ea è Logica, quæ verò Physica & Ethica, ea ex his etiã artibus petuntur. In suis quæq; artibus distincta, hic in Categoriis confusa, multa sunt.

Quot sunt proprietates Quantitatis?

5 Tres: Prima, Quantitatum per sese nulla est efficacia seu effectio. Secunda, Quantitatibus proprie conveniunt relationes, æquale & inæquale, par & impar, &c. Tertia, Quantitates non recipiunt magis & minus, sed majus & minus.

5 *Explicatio proprietatum*

III, DE QUALITATE.

Quid est Qualitas?

1 QUALITAS est forma, per quam substantia est efficax, seu quæ movet sensus: ut, virtus, color.

III *Descriptio Quantitatis quasi à genere (quod alienum est) & effectis.*

2 *Quot sunt species Qualitatis?*

Quatuor: 1, Habitus & Dispositio. 2, Naturalis potentia & impotentia. 3, Affectus & affecta qualitas. 4, Figura & forma.

2 *Divisio Qualitatis in species quatuor, nominibus octo distinctas.*

3 *Quid est Habitus?*

Habitus Græcè *ἕξις*, est qualitas, comparata ex crebris actionibus in hominibus, quæ rectè & facile homines efficere illas actiones possunt, quæ à suo habitu gubernantur & juvantur.

3 *Habitus describitur genere, causis, subjectis & effectis*

4 *Potestne in omnibus naturis fieri habitus?*

Non: sed tantum in rationali natura: quia illa duntaxat assuefieri potest.

4 *Declaratio subjecti à negativis oppositis, quibus non convenit.*

5 *Quenam sunt causæ perfecti habitus?*

Tres sunt: Natura, Ars & Exercitatio. Natura enim hominū est talis, ut alii ad alias artes seu virtutes impetus & motus naturales habeant. Deinde arte & doctrina excitati naturales impetus, citius arripiunt habitum. Deniq; exercitatio hæc omnia perficit.

5 *Explicatio à causis cum aliis seu conjunctis.*

6 *Quotuplex est habitus?*

Duplex: Corporis aut Animi. Corporis habitus sunt, palæstrica, saltatoria, jaculatoria.

6 *Divisio habitus à subjectis & eorundem subdivisiones.*

7 *Quotuplex est habitus animi?*

Duplex: Intellectus, ut Notitiæ: & Voluntatis, ut Virtutes. Genus autem habituum Intellectus vocatur notitia.

7 *Illustratio à adumbrata divisionis forma.*

8 *Quotuplex est notitia? Duplex;*

Alia est notitia objecti simplicis, ut recordatio Caroli Imperatoris. Alia est notitia propositionum, quibus

8 *Divisio notitiæ à subjectis*

9 Hos axiomatici iudicii fructus distincte Logica explicat, vide Dial. Ram. lib. 2, cap. 3. Nam axiomatis scientifici, id est, catholici fructus est Scientia, contingentis vero Opinio, quæ vel certa vel incerta est: etenim semper omnium certissima est. Sed à D. Philippo paulo aliter ista hic distinguuntur.

Notitia principiorum.

12 De illis certæ notitiæ speciebus paulo post.

13 Axiomatici iudicii doctrina totam illam Intellectus propositionum, id est, axiomatum, rationem continet. Arist. 1 Post. cap. 4, ait: omnem scientiam à sensibus ortam esse, id est, sensitivum & singularium exemplorum inductione collectam, ut potius facultates noscendi, quam notitias, nobiscum natas esse censeat.

Scientia.

14 Ramus verissimam & primam scientiam esse axiomatum catholicorum, docet lib. 2, cap. 3: ideoque ejusmodi axiomata etiam Aristoteles appellat, αὐτόπιστα, ἀμετάθετα, ἀναπόδραστα, per se probabilia, immediata, indemonstrabilia, lumina non solum sui, sed etiam contrarii, ut est 1 Post. cap. 2. Syllogismus proprie non facit ea axiomata necessaria ac scientifica, quæ talia non sunt, sed sua consequentiæ necessitate, axiomata vel necessaria vel contingentia esse ei demonstrat, qui an talia sint dubitaverit. Itaque, verissima & prima scientia est axiomatum catholicorum seu principiorum: quæ Syllogismo demonstrata, dicitur jam scientia aliunde deductorum: atque illa est hac, eodem Aristotele teste, multo illustrior.

Ars.

16 Sic ferè Taleus: Ars est comprehensio præceptorum in rebus æternis propriorum, & ordine dispositorum, ad utilem vitæ finem spectantium. Ramus brevius: Ars est rerum homogenearum per generalissimum, subalterna, specialissima comprehensio & ordinatio.

Differentia:

17 Aristoteles aliquando differentiã inter artem, prudentiam, sapientiam, scientiam, & intelligentiam facit, aliquando illa vocabula pro eodem sumit, ut etiam in vero & communi usu significationem communem & generalem habent: nisi quod prudentiæ nomen in rebus agendis sæpius usurpetur, ut sapientiæ in consiliis & deliberationibus. Vide lib. 1 Schol. Metaphys. cap. 1.

quibus assentimur aut non assentimur: ut Justitia est virtus; Terra movetur.

9 *Quotuplex est notitia Propositionum?*

Duplex: alia est notitia certa, alia incerta, quæ dicitur opinio & suspicio, quæ opinione infirmior est.

10 *Quæ est notitia incerta?*

Noticia incerta est, cum agnitam propositionem non amplectimur firma assensione, sed languidè partem unam magis probabilem esse existimamus.

11 *Quæ est notitia certa?*

Noticia certa est, cum agnitam propositionem firma assensione amplectimur: ut, Ignis calet; Virtus est colenda.

12 *Quas habet species certa notitia?*

Noticiam principiorum, scientiam, artem, prudentiam, & fidem.

13 *Quid est notitia principiorum?*

Est agnoscere principia luce mentis nobiscum nata, & firmo assensu ea amplecti naturali judicio, sine confirmatione: ut Totum est majus qualibet sua parte: Societas humana est conservanda.

14 *Quid est scientia?*

Est noticia vera conclusionum, quibus propter demonstrationem firmiter assentimur: ut, Cælum est finitum: quia est corpus.

15 *Quid est Ars?*

Est noticia vera faciendorum, ut Architectonica, sicut artem Aristoteles definit, qui eam à scientia discernit: sed sæpe promiscuè usurpantur.

16 Apud Quintil. exstat Stoica artis definitio, ubi ars pro scientia ponitur: Ea Græcè sic habet: τέχνη ἔστι σύστημα κατὰλήψεων ἐνεργημάτων ἑκείνων πρὸς τὸ τέλος ὅς ἔστι τὸ ἐν βίῳ, id est: ars est ordo certarum propositionum, exercitatione cognitarum, ad finem utilem in vita.

17 *Quid est Prudentia?*

Est noticia vera, quæ secundum rectam rationem regit deliberationes in electione honestarum actionum & rerum utilium.

18 *Quid*

9 Subdivisio alterius generis. Sed hæc judicii sunt.

10 Defn. incerta ex adjunctis contrariis.

11 Defn. etiam ex adjunctis.

12 Divisio certa, vide paulo post.

13 Def. ex subjectis & adjunctis.

14 Def scient. à genere, subjectis & efficiente.

15 Def. artis à genere & subjecto.

16 Alia def. à genere, subjecto, efficiente, usu declarato & fine.

17 Def. prud. à genere, forma quadam, & effectis cum subjectis.

Fides.

18 *At fides sic fuerit omnium argumentorum, non tantum testimoni, aut potius Syllogismi, quo de Quæstione dubitanti sit fides, lib. 2, Dial. Rami, cap. 9. Et sic fides commune scientiæ & opinionis vocabulum videatur.*

Habitus voluntatis.

19 *Ramus nihil in Logica vel de Physicis, vel de Ethicis, & Theologicis, vel de aliarum artium rebus præcipit, sed Logicas earum tractationes uspiam pro exemplis ponit. D. Philippus ideò huiusmodi rerum definitiones, aliasque præceptiones in Categoriis cumulat, quòd ea totius universitatis classes & ordines habeantur. Itaque quod in suis artibus suo loco & ordine explicatur, id in his classibus categorica consideratione ita collocatur, sicut vel substantia est, vel ad illam quasi accidens affectum est.*

20 *De virtutibus igitur Ecclesiasticis & Ethicis conferantur. Libri sacri & ethici,*

18 *Quid est Fides?*

Est noticia propositionum certarum, quas firma assensione amplectimur, propter asseverationem testium veracium.

18 Def. fidei à genere, subiecto, adjuncto & efficiente.

19 DE HABITIBUS VOLUNTATIS.

Quæ est divisio habituum voluntatis?

Habitus voluntatis alii sunt boni, ut Virtutes: alii sunt mali, ut Vitia.

19 Divisio habituum voluntatis.

20 *Quid est Virtus?*

Est habitus bonus, inclinans voluntatem ad agendum secundum rectam rationem: ut, Justitia, Fortitudo, Modestia.

20 Def. virtutis à genere, effecto, & sine formam complexo.

21 *Quid est vitium?*

Est habitus malus, inclinans voluntatem ad agendum contra rectam rationem, ut Injustitia, Immordestia. (Recta ratio dicuntur sententiæ de honestatis actionibus, hominũ animis divinitus insitæ: ut, Deus est colendus, Honorandi sunt parentes, Reddenda est gratia benemeritis, &c.)

21 Def. vitii ex usdem fontibus.

22 *Quotuplices sunt virtutes?*

Duplices: Aliquæ sunt propriæ Ecclesiæ Dei, aliquæ communes cum aliis hominibus.

22 Divisio virtutum è subiectis.

23 *Quæ sunt virtutes propriæ Ecclesiæ Dei?*

Fides, Spes, Dilectio Dei, Timor Dei, & Tolerantia.

23 Enumeratio priorum.

24 *Quid est Fides?*

Est notitia, qua firmo assensu amplectimur totam doctrinam à Deo traditam Ecclesiæ, & in hac etiam promissionem reconciliationis cum Deo, &c.

24 Def. à genere, forma, effecto, & subiectis divinis.

25 *Quid est Spes?*

Est expectatio vitæ æternæ, propter filiũ Dei certam, & expectatio auxilii & mitigationis calamitatum in hac vita juxta consilium Dei.

25 Def. spei à genere, subiectis, efficiente & effectis.

26 *Quid est Dilectio Dei?*

Est obedientia debita præceptis Dei in vera fide, & cum quadam lætitia, principaliter ut ipsum honorem afficiamus.

26 Def. dil. à genere, relato, efficiente & fine.

27 *Quid*

*In Ethica legitimè cōformata, virtutes ille paulò aliter disti-
guerentur & definirentur, hic simplicius enumerantur.*

hactenus

27 *Quid est timor Dei?*

Timor Dei, qui vocatur Servilis, & est custos disciplinae, est habitus, qui inclinatur, ut revera expavescamus agnitione Dei & poenarum. Sed cum accedit fides, qua corda in pavore eriguntur consolatione, & accedunt ad Deum, fit virtus & timor filialis.

27 Def. tim. a genere, effectu & adjuncto.

28 *Quid est Tolerantia?*

Est virtus obediens Deo in ærumnis, quas docet perferendas esse, ita ne fracti dolore faciamus contra mandata Dei, estque conjuncta obedientia cum spe auxilii divini propter filium mediatorem.

28 Def. tol. a genere, effectu & adjuncto, illustrata adjunctante spe.

DE VIRTUTIBUS PHILOSOPHICIS.

1 *Quotuplex est Justitia?*

Duplex: Universalis aut Particularis.

1 Divisio justitiae.

2 *Quid est Universalis?*

Est obedire omnibus legibus, quæ ad nos pertinent.

2 Def. a genere intellecto & effectu adjuncto.

3 *Quid est Particularis?*

Est virtus suum cuique tribuens.

3 Def. part. a genere & effectu.

4 *Quid est Veritas?*

Est virtus, quæ inclinatur voluntatem, ut veras sententias amemus, vera constanter dicamus & tueamur, & in ipsa vitæ specie vitemus occultationes & simulationes.

4 Def. verit. a genere, effectu, & finibus.

5 *Quid est Modestia?*

Est virtus, qua in opinione de nobis, & in sermone, & gestu servamus convenientiam.

5 Def. mod. a genere effectus & subjectis.

6 *Quid est Fortitudo?*

Est virtus propugnatrix justitiæ.

6 Def. fort. a genere, effectu & subjecto.

7 *Quid est Gratitude?*

Est virtus quæ proficitur verè aliunde se beneficium accepisse, nec sibi alienum decus arroganter tribuit, & obligat se vicissim ad aliqua officia.

7 Def. grat. a genere, effectu & relato.

8 *Quid est Sedulitas?*

Est justitiæ species suos cuique labores attribuens. Est enim virtus inclinans, ut non ingeramus nos alienis

8 Def. sedul. a genere & effectis, illustrata dissentaneis.

1 Hactenus primâ qualitatis species, nempe habitus: sequitur secunda, Naturalis potentia, & contrâ, Impotentia. Et cum nomine *Habitus*, communiter omnium artium, præcipueq; *Ethica* facultates & fructus, in mente hominis repositos, in hanc classem retulerit: nunc nomine *Naturalis potentia*, à *Physicis* substâtiis earum formas seu formarum vires, seu adjunctas proprias qualitates abstrahunt, atq; in hac etiam classe, pro alia qualitatis specie reponunt. *ἄλλα μὲν* autem illa *Physicæ*, alia sunt totius animalis, alia certorum membrorum, ut ventriculi, cordis, &c. Sunt item rerum inanimatarum, &c.

2,3, Doctrinam hanc & exempla vide in *Physica*.

2 In *Physica* sympathia & antipathia, id est, naturalis quaedam amicitia & inimicitia inter res naturales docetur. Ad naturalem igitur potentiam sympathia, ad impotentiam antipathia pertinet. Et certè vel sunt ipsius formæ vires, vel ei adjunctæ propriæ qualitates. Sic lacerta est natura & homini amica & serpentibus inimica. Canis est amicissimus homini, lupus inimicissimus, etiam aspectu raucum efficiens, &c.

3 Tertia qualitatis species sequitur, nempe affectus, seu Passio & Passibilis qualitas. Hæc *Physica* adjunctæ sunt animalis. Objecta verò sensuum sunt *Physicæ* qualitates in rebus etiam aliis. Ponuntur in hac classe, quod sint qualitates tum animalis, tum aliis rebus adjunctæ. De his igitur omnibus doctrina *Physica* plenius cognoscatur, de affectibus autem moderandis etiam *Ethica*.

ri Ejnß

alienis negotiis, sed nostrum officiū rectē faciamus.

Extrema sunt Ignavia & πολυπραγμοσύνη.

9, Quid est Amicitia?

Est virtus, quæ pro vera benevolentia reddit veram benevolentiam, & præstat mutua quædam officia pro modo facultatum, liberali pectore, virtutis causa.

9 Def. amic. à genere, effectis relatione declaratis, & sine.

SECUNDA SPECIES QUALITATIS.

1, Quæ est secunda species Qualitatis?

Naturales potentia, vel impotentia.

2, Quid est naturalis potentia?

Est vis non accersita aut arte in substantias transfusa, sed in eis nata, ut sit causa certarum actionum.

3, Da exempla naturalis δυνάμειω?

In animali est δυνάμειω sentiendi, videndi, audiendi: in nervis est potentia movendi: in ventriculo est potentia vertendi cibum in chylum: in corde est potentia gignendi spiritum ex sanguine: in magnete est potentia trahendi ferrum. in vino est δυνάμειω calefaciendi & nutriendi corpora, quæ potant Huc pertinet & σοφὴν φυσικὴν, id est, naturalis benevolentia in cognatos.

1 Secūda species qualitat.

2 Def. nat. pot. à genere, disparatis, efficientibus & sine.

3 Declaratio per exempla, tum animalis, tum aliorum corporum.

2, Da exempla naturalis ἀδυναμίας?

Olea moritur quercui insita. Balsami lignum moritur ferro atrectatum. Vulpes moritur manducatis amaris amygdalis. Huc pertinet Concupiscentia.

Opponitur contraria qualitas!

3, Quæ est tertia species Qualitatis?

4, Passio & passibilis qualitas, hoc est, affectus, & aliæ qualitates, quæ sunt propria sensuum objecta. Nam ut πάθη in corde faciunt mutationes, quæ sensu percipiuntur, ita in reliquo corpore calor, frigus, humiditas, siccitas, faciunt alterationes, ut vocant, quæ sensu percipiuntur. Ideo in hoc domicilio simul collocavit Aristoteles affectus, & objecta sensuum.

3 Tertia species qualitat.

4 Descriptio ex adjunctis, declarata suis efficientibus per collationem.

5, Affectus igitur duplex est, unus cordis, alter corporis. Pertinent huc igitur etiam sensuum objecta, de quibus prius dicam.

5 Divisio affectuum è subjectis.

D 6, Objecta,

⁶ Objecta visus propria, sunt lux & color. Objectum auditus soni, & sic vox articulata, oratio & singula verba. Objectum olfactus, odor. Objectum gustus, sapor. Objectum tactus, quatuor primæ qualitates, caliditas, frigiditas, siccitas, humiditas, & multæ ex his ortæ, ut asperum, glabrum, leve, molle, durum, & reliquæ qualitates secundæ.

⁷ *Quid est Affectus?*

Affectus duo tactum comitantes sunt delectatio & dolor, qui sunt nervis communes in toto corpore. Sed affectus cordis sunt motus sequentes cognitionem, & excitati cognitione, quibus cor aut prosequitur aut fugit objecta, & quos semper comitantur ultimi affectus: delectatio, cum cor fruatur objecto & suaviter afficitur, aut dolor cum contrarium accidit.

⁸ *Quotuplices sunt Affectus?*

Duplices.

Quomodo?

Alii durabiles, qui sunt similes habitibus, ut amor, odium, misericordia: Alii sunt motus subiti, ut ira, qui revera ad prædicamentum Passionis congruunt.

⁹ *Quæ sunt species Affectuum?*

Laetitia, Tristitia, & Metus. (Ex quibus permixti alii oriuntur, ut Amor, Odium, Ira.)

¹⁰ *Quid est Laetitia?*

Est suavis motus cordis, qui excitatur cum cor objecto expetito fruitur.

Quid est Spes?

Est suavis motus cordis, qui excitatur, cum cor bonum futurum prosequitur, prælucente hac cogitatione, quod potituri simus eo objecto.

Quid est Tristitia?

Est cruciatus cordis compressi, tanquam fugitantis præsens malum.

Quid est Metus?

Est cruciatus cordis compressi, tanquam fugientis futurum malum.

6 Primò sensu objecta divisione explicantur.

7 Descriptio affectus & distinctio.

8 Divisio affectuum ex adjunctis.

9 Alia divisio in species.

10 Definitiones specierum, à genere subjecto in quo, ejusque adjuncto & subjecto occupante tanquam causa. Dichotomia hic intelligatur. Genus prius est, affectus, proxima sunt motus seu affectus suavis & cruciatus.

11 Eiusmodi sunt Geometrica figura, & ex Geometria huc, tanquam Substantia accidentia, relata. At in illis rerum Geometricarum forma est, non accidens quiddam, ut est lib. 1 Dial. cap. 7. Vide & Schol. Dial. & nostro Pad. Logicæ par. 2.

12 Proprietates illæ nihil Logicum habent hoc modo expositæ sed Logicam de iis logicè explicat.

Prima non omnino vera est: quia etiam essentia contrariis formis dissident, ut Homo & bestia, Corpus hominis, & bestia corpus, &c. Nec omnis qualitas habet contrarium, ut rubro nihil est contrarium.

Secunda etiam non tota vera est: quia figura majus & minus non dicitur.

Tertia vera est & Logica, ideoq; in Dialectica logicè explicata, quod Qualitas comparata sit similis vel dissimilis, lib. 1, cap. 21.

Vide P. Rami Schol. Dial. in Categorias, & nostræ Pad. Log. par. 2. in eisdem.

Relata.

1 Relata, ut Contrariorum species à P. Ramo in Dissentaneis logicè explicantur, lib. 1, cap. 14. Definiuntur sic: Relata sunt contraria affirmantia, quorum alterum constat è mutua alterius affectione, &c.

2 Relata vera divisionem nullam recipiunt. Cùm res absolutè sumuntur, relationem non habent, cùm verò ad aliud referuntur, cum quo habent mutuam affectionem, tum relationem induunt. Itaq; Relata hic paulò latius sumuntur, de quovis affectu & respectu.

2 Motus est quidam effecti modus. Effectum enim est tum motus & agitatio, tum res motu facta. Vide Sch. P. Ram. & nost. Dispus. ad locum Effectorum, parte 2.

3 Passio adjunctum est patientis, ideoq; logicè adjunctorum loco, ut actio Effectorum, continetur.

II, *Quid est Figura?*

Est modus aut positus Quantitatum: ut, circulus, triangulum, quadrangulum.

12, *Quot sunt proprietates Qualitatis?*

Proprietates sunt tres: 1, Contrarietas propria est qualitatum inter se pugnantium, ut caliditatis & frigiditatis, quæ sunt sub eodem genere. 2, Qualitas recipit magis & minus. 3, Multiples relationes oriuntur ex qualitatibus: ut, Simile, Dissimile, &c.

IV, *Quidnam vocas Relata?*

1, Relativa sunt, quæcunq; hoc ipsum, quod sunt dicuntur aliorum esse. Hæc definitio est Platonica. Aristoteles sic definit: Relativa sunt, quæcunque hoc ipsum, quod sunt, aliorum sunt. 2, Unde duæ species relatorum factæ sunt: Secundum dici, & secundum esse.

Relativa secundum dici, vocantur multa absoluta, quibus adhærent respectus, ut quibusdam nominibus habituum & effectuum insunt respectus ad objecta: ut, Amor est rei amatæ amor, quia eam intuetur.

Relativa secundum esse, sunt propriè dicta relativa: ut, pater & filius.

3, (Hic Regulæ & divisiones quædam traduntur, & Tabula unde orientur Relationes.)

V, *Quid est Actio?*

1, Est applicatio agentis ad patientem, qua fit mutatio aliqua in patiente, ut calefacere. Huc motus & ejus species pertinent.

2, Motus est agitatio Substantiæ, qua acquirit aliquem terminum. Ejus species sunt sex: Generatio, Corruptio, Augmentatio, Diminutio, Alteratio & Motus localis.

VI, *Quid est Passio?*

3, Passio est nomen correlativum actionis, & effectus, & significat receptionem actionis & effectus novi in patiente, ut calefieri.

D 3

4, Actio-

11 Quarta species Qualitatis.

12 Postrema explicatio ab adjunctis proprietatibus.

IV Categoria.

1 Def. rel. à genere intell. & forma mutua affectionis.

2 Divisio Relatorum, sed non satis Logica.

3 De illis vide auctorem.

V Categoria, 1 Descr. à genere intell. & effecto.

2 Def. motus à genere & effecto.

Divisio ejusdem. VI Categoria

3 Def. pass. à genere & effecto.

4 Hæc nō actionum & passionum propria, sed communis talium rerum, quib. illæ conveniunt, divisio est: perinde ac si diceret, Motus alius est naturalis, alius artificiosus: item alius grammaticus, alius dialecticus, alius rhetoricus, &c. Ergo quando res ipsæ & artes dividuntur, tum simul motus, actio & passio earū distribuitur.

5 Prima non est propria: quia etiam qualitatibus & aliis quibusdam convenit.

Secunda etiam communis est, non propria, Logicè autem Imparim affectione continetur.

Quando.

6 Quando est Ramo adjunctum & circumstans tempus, ut est lib. 1, cap. 11. Complectitur autē exempla, res & voces physicas, &c.

7 Tempus est duratio rerum, præterita, præsens, & futura, lib. 1, Dial. cap. 11.

Ubi.

8 Ubi Ramo est Subjectus locus, lib. 1, cap. 10. Itaq; & hæc Argumenti Species. Res autem seu exempla sunt physica, æconomica, & aliarum artium.

Situs.

9 Situs ad subjectum locum pertinet: quia est loci sc̄sis, status, comprehensio & quasi positura, quia ille comprehendit rem locatam.

Habitus.

10 Habitus est particula seu exemplum adjunctorum secundi modi, quæ subjectum extrinsecus attingunt & circumstant. Itaq; adjunctis scrutandis habitus invenitur.

11 Hæc admonitio in Categorica consideratione locum habeat, at Logica omne ens & non ens considerat, nec tamen omnes illæ voces prorsus à Categoriis excluduntur.

12 Sed multo rectius & utilius, una res seu vox, per omnes Inventionis locos duci, omnesq; argumentorum affectiones induere potest.

1 POST-

⁴ *Actiones & sic passiones alie sunt*
 Naturales, Alie Voluntariæ,
 ut, alie

Generatio, Corruptio, Augmentatio, Diminutio, Alteratio.	Intellectus, ut artiũ actiones, partim motus locales, partim alterationes, ædificare, pin- gere, scribere.	Voluntatis, ut actiones virtu- tum & vitiorũ, item membro rũ exteriorum, ut pugnare, &c.
--	--	--

⁴ *Divisio actio-
 num & passio-
 num, in tabula
 adumbrata.*

⁵ *Quæ sunt proprietates Actionis & Passionis?*

Eæ duæ sunt: Prior actionum est contrarietas, ut calefactio pugnat cum frigeactione. Altera est, In actionibus est magis & minus, ut, aliàs magis, aliàs minús calefit corpus aliquod.

⁵ *Explicatio ab
 adjunctis pro-
 prietatibus.*

VII, *Quid est Quando?*

⁶ *Quando est ordo vocum, quæ tempus significat, ut, annus, mensis, dies, hora, hodie, cras.*

VII Catego-
 ria, describitur
 genere & sub-
 jectis.

⁷ *Quid est Tempus?*

Tempus est numerus alicujus motus secundum prius & posterius.

⁷ *Desc. Temp. á
 genere alienio-
 re, & adjunctis*

⁸ *Quid est Ubi?*

Est ordo vocum, quæ locum significant, ut, Domi, foris, híc, illic.

VIII Catego-
 ria definitur
 genere & sub-
 jectis.

⁹ *Quid est Situs?*

Est ordo vocum, quæ statum seu positum corporis significant, & partium ejus, ut, Stare, Jacere.

IX Categoria
 definitur gene-
 re, & subjecto.

¹⁰ *Quid est Habitus?*

Est ordo vocum, quæ habitum seu vestitum significant, ut sunt vestium & alia tegumentorum nomina: ut, Toga, Calceatus, Togatus, Tunicatus.

X Categoria
 definitur gene-
 re, & subjectis.

ADMONITIO I.

¹¹ *Hæ voces á Prædicamentis rejiciuntur:*

Complexum, Consignificans, Fictum, Polysemũ, vox Logicæ, Deus, Excedens, Privatio, Parsque.

¹¹ *De alienis á
 categoriis.*

¹² ADMONITIO II.

Una eademque vox potest sæpe poni in diversis prædicamentis.

¹² *De diversa
 & mutata af-
 fectione.*

1 POSTPRAEDICAMENTORUM vocabulum, est ineruditè excogitatum, ait ipse Philippus. Et sanè complectitur tautologias & quisquilias, tum locorum quorundam Logicorum, ut oppositorum, tum fructuum aliorum quorundam argumentorum: ubi etiam sunt Hysterologia quarundam rerum è Categoriis.

3 Opposita logicè in Dialectica sub Dissentaneorum genere docentur, hic autem angustius pro contrariis sumuntur, & quidem alieno, extra Inventionem, loco.

4 Prius non ad unum Logicum locum pertinet, sed ad diversos. logicè causa effecto, Subiectum adjuncto natura prius est, ut ex eorum definitionibus apparet. Loco, tempore & dignitate prius Imparium comparatione arguitur.

5 Simul sunt, tum naturâ Dissentanea, tum vi comparationis comparata. In dissentaneis etiam nominatim de relatis. Tempore simul arguitur collatione parium.

6 Habitus supra fuit Categoria peculiaris: hic verò categoricè auctores, quisquilias significationum à Logica alienas, quales nullus observator in Lexicis notavit, ad verbum Habere collegerunt.

Definitio.
Divisio.

1 Ergo cum Definitio & Divisio ex simplicibus illis oriantur, & exstruantur, rectè à P. Ramo orta argumenta nominantur. Sed quia ex omnib. etiam artificialibus argumentis oriuntur, definitioq. etiam

I, DE POSTPRAEDICAMENTIS.

2, Quid vocarunt Postpraedicamenta?

Vincimur consuetudine, ut vocabulo utamur, in-
rudité excogitato. Nec obscura doctrina est hujus
partis. Postquam utcunque exposita est doctrina de
Prædicamentis, adjecta est commonefactio de pau-
cis quibusdam vocabulis ambiguis, cum multa plura
recenseri potuissent. Nominant ergo Postpraedica-
menta vocabulorum aliquot ambiguum enarra-
tionem, videlicet, Oppositionis, particularum Prius,
Simul, verbi Habere.

3, Opposita dicuntur quatuor modis, Cōtrarié, Re-
lativé, Privativé, Contradictorié.

4, Prius dicitur tribus modis, nempe antecedens
tempore, ordine naturæ, & dignitate.

5, Simul duobus modis, tempore, ut totum & par-
tes principales, deinde relatione, ut correlativa.

6, Habere varias phrasas habet, &c. Vide auctore.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

Notetur progressus artis á minimis ad orta & composita. Ha-
ctenus minima & simplicissima in quibusdam argumentis (vocat
voces) in Prædicabilibus, & rebus cum quibusdam etiam argu-
mentis in Categoriis: sequuntur nunc ex illis simplicibus, tum orta
etiam argumenta, tum composita iudicia, ut Methodus, Proposi-
tiones (axiomata) & Syllogismi. Est hoc aliquid, sed fractum, muti-
latum & dissipatum: laudatur in Aristotele & affectatur ab aliis
ille naturalis progressus, sed non plene servatur. At si quæq; distor-
ta colligantur, & in suum locum revocentur, tum naturalis ille
progressus, veré & perspicue servatur, ut in Rami Logica, medul-
lam & nucleum Aristotelis complexa, satis apparet: in qua tota
Inventio ita simplicissima & minima continet, ut tamen argu-
menta prima precedant, orta sequantur, Iudicium veró composita
ex argumentis, ut axiomata, Syllogismum & Methodum natura-
li etiam ordine explicat.

I, DE DEFINITIONE.

HACTENUS de domiciliis vocum simplicium:
Nunc de definitione, quæ ex illis exstruitur.

Quid est Definitio?

Definitio est oratio, qua vel nomē interpretamur,
vel quid res sit exponimus.

II, DE

1 Appendix ca-
tegoriarum.

2 Descriptio é
subjecti, in qui-
bus hæc appen-
dix versatur.

3 Definitiones
Postprædica-
mentorum.

Progressus á
plerisq; omni-
bus affecta-
tus, sed á pau-
cis legitime
servatus.

Orta ex primis
duo sequuntur:
cum tamē pau-
ca eorum prin-
cipia præcesse-
rint, reliqua in
Inventionem se-
quuntur.

etiam ex iis, quæ distributioni subiecta sunt, ut ex toto integro, universali & partibus: certè lex καθόλου πρὸς τὸν docet tum superiorum de vocibus & Categoriis doctrinam, vel etiam ad definitiones divisionesq; conficiendas, nedum ad universum rationis usum nimis angustam esse, tum easdem à P. Ramo rectè postremo in generali Inventionem loco collocari, ab aliis verò malè ab Inventionem separari, & in eadem repeti.

Methodus:

Per methodi simplicis quæstiones themata considerare, nihil aliud est, quàm rem per Locos, non nihil ad methodi umbrâ digestos, deducere, & cum inventis argumentis disponere.
Veræ Methodi ordo.

1 Quia hætenus quedam principia & simplicia in Prædicabilibus & Prædicamentis, itemq; duo ex illis orta argumenta, nempe Definitio & Divisio, tradita sunt: nunc ideo Methodus, præsertim Thematibus simplicibus tractandi subicitur, quòd in ea Definitiones & Divisiones principatum obtineant. Sed Aristoteles artium leges hic variè violatas esse pronunciat. Prædicabilia sunt particule quedam generalis Inventionis. Prædicamenta, peculiari ordinatione, tum quasdam etiam Inventionis particulas, tum res specialium artium complectuntur. Definitiones & Divisiones similiter sunt duo Inventionis argumenta. Ergo lex καθ' αὐτὸς sui cuiq; arti & parti iustè vindicat, lex καθόλου commodè & propriè quæq; ut generalia generatim & semel, specialia per species, sine tautologia, enunciat. Atq; ita rebus ad suas artes & Categoriis remissis, cetera omnia, quæ hætenus explicata sunt, ad generalem Inventionem pertinent, in eaque multò commodiùs explicantur. Præsertim verò id inde èt magis apparet, quòd lex κατὰ πάντων neget superiora illa principia, vel ad Definitiones & Divisiones, nedum ad hanc Methodum sufficere: cum ille etiam, ut & hæc ipsa, ex causis, subiectis, Dissentaneis omnium generum, comparatis, notatione, conjugatis, toto integro ac membris, & deniq; testimoniis (de quibus omnibus postea in Inventionem) fiant. Hæc autem ipsa Methodus ex lege κατὰ πάντων non prorsus tota vera est, quòd nec omnes illæ quæstiones, nec eo ordine in artibus aliisque simplicibus thematibus explicentur. Nam definitionibus, divisionibus & proprietatum explanationibus, additis exemplis, vera methodus constat; cetera argumenta, possunt obiter incidere, sed non ita distinctas partes faciunt. καθόλου verò lex unicam esse Methodum, eamq; semel docendam, Lex Methodi præposterè omnino methodum ceteris iudicii generibus anteponi pronunciat.

2 Argumen-

II, DE DIVISIONE.

Quid est Divisio?

DIVISIO est, cum vel vocem in sua significata, vel genus totumve aliquod in suas partes distribuimus.

Hic definitionis & divisionis tractatum abrumpimus, quod earum propria sedes sit in generali Inventione, ubi e regione Rameis comparabuntur. Neque enim Methodi simplicis causa hæc instrumenta trajicere, & Inventioni anteponeere necesse est; cum unica sit cujuscunque thematis methodus, eaque in Logica omnium postrema.

III, DE METHODO.

Quid est Methodus?

METHODUS est recta via seu ordo investigationis & explicationis, sive simplicium questionum, sive propositionum: quæ via in Dialectica traditur.

Quot sunt Methodi quæstiones?

Cum de una voce dicendum est, viam monstrant hæc decem quæstiones:

Prima, Quid vocabulum significet?

Secunda, An sit res?

Tertia, Quid sit res?

Quarta, Quæ sint rei partes?

Quinta, Quæ sint species?

Sexta, Quæ causæ?

Septima, Qui effectus?

Octava, Quæ adjacentia?

Nona, Quæ cognata?

Decima, Quæ pugnancia?

Alii etiam addunt, Quæ testimonia?

EX LIBRO SECUNDO.

*IV, DE PROPOSITIONE.

HACTENUS de simplicibus vocabulis, naturæ ordine prioribus, & inde factis definitionibus, ac divisionibus: nunc de compositione in Propositione, & hinc in Syllogismo.

*IV Propositio. *Transitio á simplicibus ad composita. Sed interim Methodus, omnium maximè composita, interposita est.*

III.

Methodus, i. ordinaria via, per antecedentia, principia & alia quadam, thema præsertim simplex tractandi. Sic enim quasi usus superiorum aliquis nunc ostenditur, sed valde cõtra legẽ καθόλου improprie & cõtra Methodi legem unicam præposterè. Vide veram & unicam Methodum li. 2, Dial. Rami cap. 17, & deinceps. Ordinis Philippi obiter continuandi gratia, hic methodus, propositiones, & argumentationis species, tantum breviter attinguntur.

Quid

2 Argumentationis, id est, Syllogismi iudicium (solus enim Syllogismus argumentandi forma est, ut infra dicitur) recte sequitur propositionum, seu axiomatum doctrinam, sed in iudicio seu Dispositione ipsa, post, non ante inventionem.

Ad textum
Rami reditus

1 Partitio artis
integre in duo
membra essen-
tialia.

6 Lex καθόλου
semel omnem
propositionum
(axiomatum) do-
ctrinam, omnesq;
differentias suo
in loco proprie
explicat, & tau-
tologiam hanc
damnat. Nam
etiam ex tali a-
xiomatum legi-
tima doctrina
illa demonstra-
tiones multo
commodius ex-
struuntur.

Continuatio artis Rameæ ex lib. I, cap. 2.

DI A L E C T I C A E partes duæ sunt, Inventio & Iudicium.

FR. BEURHUSII NOTÆ COLLAT.

2 P. Ramus partes naturali ordine & enunciat, & deinceps definit ac persequitur, imitatus Adrastum, Ciceronem, & alios μεθοδικότερος.

Non est iudicii discernere voces, id est, separata argumenta, sed potius eas ab Inventionem suis affectibus distinctas, axiomate vel syllogismo disponere, vicissimq; dissolvere ac retexere.

3 Inventio est de inveniendis argumentis, inquit Ramus, ac deinde argumentum definit, quod ad aliquid arguendum affectum sit, hoc est, ad presentem materiam, quæ semper est alterum affectum argumentum, ostendendam & arguendam affectu quodam accommodatum.

5 Ramus talem Syllogismi divisionem non agnoscit, quod ea est partium Syllogisticarum affectione, non est syllogismi forma, deducta, partium, id est, axiomatum etiam propria sit. Axioma enim aliud verum, idq; necessarium aut contingens seu probabile, aliud falsum seu sophisticum est: quanquam & Syllogismus vitiosa forma sophisticus esse potest. Itaq; in Syllogismo duplex iudicium concurret, Axiomaticum in partibus antecedentibus, & Syllogisticum in consequentia, sed inde Syllogismus in arte divisionem non recipit: in usu autem distingui potest, ut dicamus alium esse Demonstrativum, in quo & antecedentes partes sunt necessaria axiomata, & Consequentia est firma: alium Dialecticum seu probabilem in quo partes sunt quidem axiomata contingencia, Consequentia tamè per se bona: alium Sophisticum, cum vel in partibus aut consequentia, vel in utriusq; vitium est.

7 κριτή-

Quid est Propositio?

Propositio est oratio indicativa, unica, & integra, verum aut falsum sine ambiguitate significans: ut, Homo est animal.

ADMONITIO.

(Hic tota de propositionibus, i. de axiomatis seu enunciationibus doctrina absolvitur: quæ à nobis infra ad Rami axiomata suo loco comparabitur.)

2. V, EX LIBRO TERTIO.

De argumentatione in Syllogismo, Enthymemate, Inductione, Exemplo, Sorite.

(Hic tota doctrina de Argumentatione, ejusq; illis speciebus traditur, quæ similiter infra, ad Rami Argumentationem comprobabitur.)

EX LIBRO QUARTO.

DE LOCIS ARGUMENTORUM.

Quæ est vetus divisio partium Dialecticæ?

1 DIALECTICES alia pars est Judicatrix, alia Inventrix.

2. Judicatrix pars discernit voces, judicat quæ connectantur, discernit propositiones, judicat quando recte cohæreant membra in Argumentatione: de qua parte hæctenus.

3, Inventrix, τοπική, est quæ monet, quomodo res ex certis locis investigandæ sint, quæ præsentem materiam seu quæstionem illustrant.

4, Propositio seu quæstio composita confirmatur aut refutatur per locos Inventionis, qui affines sunt Methodi quæstionibus supra recitatis.

5, Quotuplices Syllogismi petuntur è locis?

Triplices: 1, Demonstrativi ex materia necessaria & immota.

2, Dialectici ex materia probabili.

3, Sophistici, qui constant ex falsis, sed tamen speciem veri habentibus.

Divisio propositionum.

6, Hinc ex triplici materia, etiam triplices sunt propositiones (enunciationes) aliæ certò veræ, aliæ incertæ, aliæ falsæ.

Propositiones ex simplicibus, vocibus, id est, ex singulis affectis argumentis extrahuntur.

Liber III.

Argumentatio ex propositionibus conficitur, sed quæ est quæstionis terminis, & medio sunt.

Liber Quartus de Inventione.

1 Partitio integre artis in membra essentialia, sed quorundam interpretum opinione contra naturam ordinem inversa.

2 Descriptio alterius partis è subjectis, in quibus putatur versari.

3 Descriptio prioris partis è à subjectis & sine.

4 Declarat subiecto, themate composito, sed nimis angustè. Invenit enim ad quodvis propositum argumenta indicat.

5 Trichotomia Syllogismi ex partium affectione.

1 Pars libri 4 de Demonstratione.

6 Divisio propositionum ad Demonstrationes accommodata.

Quæ

Breviter: Patefactio in divinis, usus in humanis κριτήριον & principium est.

Ut nec ipsæ artes, ita nec principia, alia sunt theorica, alia practica.

Omnis enim ars eisdem præceptis suam & theoriam & praxin instituit. Vide Ramus Schol. & nost. pæd. Log. partem 2.

De Demonstratione.

De differentia veritum necessarii, tum contingentis & falsi temere & toti Logica, & Syllogismo attributa, vide Schol. Dial. Ramus, & nost. pæd. Logice part. 2.

7 κριτήρια illa, tam theologicum unicum, quam philosophica tria, diversis in Logica locis suas sedes habent. Ergo lex καθόλου vetat, inæqualia illa ex diversis sedibus cōgesta, separata quadam doctrina conjunctim explicari. Patefactio est argumentum, nempe Testimonium divinum. Experientia universalis est similiter Argumentum, in quo duplex vis est, una à speciebus seu exemplis per inductionem ad totum colligendum, altera etiam testimonii seu ipsius ab exemplis experientia. Hac itaq; argumenta per se non faciunt iudicium, sed vel axiomata ex iis facta simpliciter, vel Syllogismi per consequentiam ex illis accommodantes tertium argumentum de aliqua questione judicant. Principia hic vocat axiomata & sententias homini vel per naturam, vel aliunde jam ante notas: quæ tanquam propositiones Syllogismorum ad alia applicari possunt. Intellectus ordinis est iudicium Syllogisticum: quo multa dubia redduntur certa. Et hoc ipsum etiã in præcedentibus κριτήριois usurpatur, ut si dubites de questione sacra, eam patefactione divina quidem, sed per Syllogismum demonstras. Si de alia re philosophica controversia sit, eam exemplorum quidem inductione, sed per syllogisticam conclusionem dirimis, & c. Ergo illa inæqualia κριτήρια ex Inventione & Iudicio segregata, non commodè tanquam unius alicujus generis conjunguntur.

DE DEMONSTRATIONE.

1 De demonstratione dupliciter loquuntur. Primum Aristoteles ejusmodi Demonstrationem finxit, quæ sit explicatio per causam propriam & primam, quamobrem propria affectio in subjecto sit. Sed ut ipse sui decreti nullum exemplum reperire potuit, ita nec alii adhuc potuerunt. Vide lib. 9, Schol. Dial.

Deinde etiam alii Demonstrationem nominant Syllogismum, in qua

*Quæ sunt causse certitudinis, vel κριτήρια
in doctrinis?*

7 In Ecclesia, certitudinis κριτήριον est unicum: in
Philosophia tria.

Quódnam in Ecclesia?

Patefactio divina, cui omnino assentiendum est.

Quæ in Philosophia?

1 Experientia universalis. 2 Principia. 3 Ordinis
intellectus.

1, Quid est Experientia?

Experientia universalis dicitur, cum de iis, quæ
sensu percipiuntur, sani homines eodem modo judi-
cant, ut ignem calidum esse.

2, Quæ Principia?

Principia sunt notitiæ nobiscum nascentes, quæ
sunt semina singularum artium divinitus nobis infi-
ta, ut inde artes exstruerentur, quarum usus in vita
necessarius est.

Quotuplicia?

Principia alia sunt Theorica, alia Practica.

Quenam illa?

Theorica ex quibus Logica, Physica, & Mathe-
matica: Practica, quibus Ethica ex Politica exstruitur.

3, Quis intellectus Ordinis?

Intellectus Ordinis est de judicanda consequentiã
in syllogismo recte coagmentatis membris.

Quid ex illis construitur?

Argumentatio, quæ ex his causis certitudinis ne-
cessariam consequentiam facit, nuncupatur Demon-
stratio.

Quid est Demonstratio?

1, Est syllogismus, in quo aut ex principiis naturã
notis, aut universali experientia, aut ex definitione
de subsumpto, bona consequentiã, necessariam & im-
motam conclusionem exstruimus, aut ex causis pro-
ximis effectus proprios sequi ostendimus, aut é con-
tra procedimus. *vel:*

2, Demonstratio est syllogismus, procedens ex ve-
ris,

7 Explicat cer-
tarum proposi-
tionum judicia
distinctis suis
causis seu in-
strumentis, quæ
κριτήρια di-
cuntur, judicia-
ria instrumeta,
quæquam pro-
priè argu-
menta certitu-
dinis hic indi-
catur, quorum
judicium est in
axiomatis &
syllogismis.

Progressus ex
certis proposi-
tionibus ad De-
monstrationem.
1 Definitio de-
monst. a genere,
(quanquam re-
vera nõ est syl-
logismi species)
& divisione sub-
jectarum partium.
2 Alia definitio
ipsius Aristote-
lis.

in qua & Propositio assumptioq, sunt necessaria axiomata, & complexio questionem necessariam necessariâ consequentiâ concludit. Ergo hic nihil novæ artis est, nec ars inde Syllogismi divisionem recipit, quod primum in partibus Syllogismi iudicium sit in aliis necessarium, in aliis cōtingens. Nam sic in Syllogismo duplex iudicium concurret, axiomaticum in partibus veris necessario vel probabiliter, aut falsis, & Syllogisticum in necessaria consequentiâ, sive ea necessarium etiam axioma, sive contingens concludat. Extra artem igitur Demonstrativum, Dialecticum & Sophisticum syllogismum dicere possumus, sed ex oppositis syllogismi formis talis in arte divisio nulla est.

Vera artium
demonstratio.

Præterea hic notandum, integram etiam tractationem & processum dici Demonstrationem, ut ait D. Philippus: Atq, ita vera artium Demonstratio est, tum in præceptis Definitionum, Divisionum, aliarumque proprietatum, tum in illustribus exemplis, in qua ita passim tacita syllogismi Demonstratio inest, dum quadam exempla, tanquam vades, loco plurimorum seu omnium ante experientia cognitorum, apponuntur. Nam prius controversiæ de documentis extra artem usu censore dirimuntur, deinde in artis descriptione quadam ex illo usu exempla, ad ejus veritatem & utilitatem demonstrandam, adduntur.

Et Demonstratio porrò quamlibet disputationem aut ejus aliquam partem significat, ut & sæpe Methodus. Itaq, demonstratio ducens ad impossibile, est disputatio quæ absurdorum conclusione adversarium convincit.

Vide præter
Rami scholas
Pæd. Logicae
disputationes
ad methodum.

Item Demonstratio ut & Methodus, alia Synthetica, alia Analytica dicitur. Sed illa nec demonstrationes peculiare, nec methodi sunt: cum Synthesis nihil aliud sit, quam genesis compositorum è suis principiis, Analysis verò resolutio compositorum in sua principia: quæ sunt Exercitationis species, & iisdem præceptis quibus artis theoria seu cognitio, reguntur. Neq, verò fieri potest, ut in artis descriptione à singularibus fiat progressus ad universalia, qui est ordo observandarum, non tradendarum artium. Et error in eo est, quòd progressus à singularibus fieri videatur quando fit à simplicibus & principis naturâ prioribus.

¶ Deinceps

ris, primis, & immediatis, notioribus & prioribus, quæ sunt causæ conclusionis.

3, Hæc definitio nō pueriliter, de unico syllogismo intelligatur, sed de toto processu in demonstratione, tum in compositione, tum in resolutione, &c.

4, Hinc demonstratio alia est ex causis æternis seu propriis, quæ *διότι* & *διὰτι*, id est, propter quid dicitur: alia est ex effectis seu posterioribus, quæ *ὅτι*, i. quia, dicitur.

5, Item demonstratio alia est directæ, alia ducens ad impossibile.

Directæ est *συνθετικὴ*, vel *ἀναλυτικὴ*.

Syntherica, compositionis est, quæ a principiis progreditur.

Analytica, Resolutionis, quæ a posterioribus ad principia regreditur.

Ducens ad impossibile, rem per absurda confirmat.

Exempla demonstrationis sunt in omnibus artibus.

Da exemplum Demonstrationis in Physica?

Laceratio nervorum nō est opinio: quia fit in parte non cogitate, & interdum sine cogitatione, ferro aut aliquo humore, ut in pecudibus & pueris.

Cruciatu seu dolor corporis fit laceratione nervorum: Igitur cruciatu seu dolor corporis non est opinio, nec fit opinione, ut fingebant Stoici.

In Ethica.

Finis cujuslibet naturæ est propriissima ejus naturæ actio: Voluptas non est propriissima actio hominis, sed actio virtutis: Non igitur finis est voluptas.

Suntne dicendæ demonstrationes, quæ exstruuntur ex iis, quæ sunt in sacris literis?

Etiā, quia assentiri Deo patefacienti necesse est.

Dic exemplum?

Deus propter filium remittit peccata gratis omnibus dolentibus se peccasse, & fide petentibus veniam:

Ego dolco & fide peto remissionem:

E

Quare

3 Ante occupatio de toto, id est methodico demonstrationis progressu.

4 Divisio, quod sit vel ex causis, vel ex effectis.

5 Alia divisio, & subdivisio prioris generis.

Textus Rami.

1 Definitio à genere, sine & subiectis.

2 Definitio argumenti generalissima, a forma, quatuor proprietates complectente.

3 Illustratio ab adjuncto argumenti proprio.

4 Dichotomia generum & definitiones ex oppositis formis accuratè continuatæ, quòd in iis principalis argumentorum vis & origo, atq; ita primi iudicii seu prædicationum fundamentis consistat.

1 Patria in generalibus locis est subiectus locus. Hujus enim iudicio & patria, & qualibet alia vel sedes, vel loci ratio commutatione cogitatur.

2 Sexus est naturale adjunctum. Itaq; cum adjuncta cogitantur, etiam sexus occurrit.

3 Parentes nominatim pro generali exemplo in causa procreante Logicè ponuntur.

(Deinceps Rameq; artis descriptio ex lib. 1, cap. 2 continuatur.)

INVENTIO est pars Dialecticæ, de inveniendis Argumentis.

2, Argumentum est, quod ad aliquid arguendum affectum est: 3, quales sunt singulæ rationes, solæ & per se consideratæ.

4, Argumentum est artificiale aut inartificiale. Artificiale, quod ex sese arguit. Est autem primum vel à primo ortum. Primum, quod est suæ originis: estq; simplex aut comparatum. Simplex quod simpliciter & absolutè consideratur: estq; consentaneum aut dissentaneum. Consentaneum est, quod consentit cum re quam arguit; Estque consentaneum absolutè aut modo quodam: Absolutè, ut Causa & Effectum.

FR BEURHUSII NOTÆ COLLAT.
ad præcedentia.

P. Ramus ex usu & rei natura generalissimè argumētum desinit, ut sit quævis solitaria ratio, & cuiusvis sententiæ pars sicut in omni enunciato sunt duo categoremata, quæ Cicero vertit argumenta. Nec hic catachresis esse videatur, sed propria significatio, cum semper argumentum arguat, i. ostendat suum affectum. Itaque Cicero & qui Latine locuti sunt, quoties Topica interpretatur, toties categoremata argumenta nominant, & argumentū faciunt summum genus causæ, effecti, subiecti & reliquorum categorematum. Et cur non Latina ac generali voce enunciatorum partes dicas, Argumenta, quæ & barbara metaphora, Termini, & Porphyriano tropo, voces, in scholis nominantur. Dialectici autem pleriq; & Rhetores forenses magis suo quodam more seu potius abusu, quàm verò usu censore, argumentum pro argumentatione, quæ sola facit fidem, desini verunt.

Divisio

Quare certum est, me recipi, & exaudiri gemitus meos propter mediatorem.

Quot fuerunt sectae principae philosophorum?

Quatuor: Aristotelica, seu Peripatetica, Epicurea, Stoica, & Academica.

(Hic quatuor principae philosophorum sectae explicantur, ut quae principia quaque fecerint, & quas opiniones secuta sint intelligamus, nec errorem hominum seu artificium arti ipsi tribuamus, & c.)

DE LOCIS DIALECTICIS.

- 1, Inventio docet locos argumentorum.
- 2, Locus est sedes argumenti, seu index monstrans ex quo fonte lumendum sit argumentum.
- 3, Argumentum est ratio, rei dubiae fidem faciens, seu quo confirmanda est propositio, de qua dubitas.
- 4, Loci alii sunt personarum, alii rerum.
- 5, Loci personarum monent, quae consideranda sint ordine in personis, sunt autem praecipue decem: 1, Patria. 2, Sexus. 3, Parentes. 4, Educatio. 5, Mores. 6, Vitae genus. 7, Res gestae. 8, Eventus. 9, Aetas. 10, Mors.

1, PATRIA. Dic exemplum a Patria?

Cretensis est: Ergo mendax est.

Quae est Regula?

1, Patria bene morata auget decus: Econtra patria male morata objicitur tanquam probrum.

2, SEXUS.

Dic exemplum a Sexu?

Mulier est: Ergo loqui in ecclesia non debet.

Quae est Regula?

2, Alia masculino sexui, alia foeminino congruunt.

3, PARENTES.

Dic exemplum a Parentibus?

Ex fortibus & bonis natus est: Ergo bonus & fortis est.

Quae est Regula?

3, De natis judicatur ex parentum naturis & moribus.

4, EDUCATIO.

Dic exemplum ab educatione?

Cato Stoicus est: Ergo durior & rigidior est.

E 2

Quae

Sectae Philosophorum.

Vide auctorem.

II Pars libri quarti.

1 Defini. e. subiectis.

2 Loci illa metaphora nihil opus est, ut quae omnibus artibus communis sit.

3 Defini. argumenti sed nimis angusta quod tantum tertio argumento (medio) seu potius syllogismo conveniat.

4 Divisio argumenti seu loci.

5 Descriptio & divisio quadam primi generis.

Locorum personarum brevis explicatio.

1 Maxima, quae est ethica admonitio de hujus argumenti usu: quales sententiae multa vel ex Logicis praecipis deductae, vel ex aliis ad illa applicari possunt.

2 Maxima, quae etiam ethica admonitio ad physiion sexum accommodata.

3 Maxima etiam physica & ethica.

4 Educatio ad
conservantem
causam perti-
net.

5 Mores præci-
pue effecta, sed
miscetur etiam
adjuncta.

6 Ipsum vitæ
genus, ut aposto-
latus, &c. est
adjunctum: sed
ejus administra-
tio, effectum.

7 Res gesta sunt
effecta.

Divisio loci seu argumenti est personis & rebus contra legem
καθόλου πρώτων species seu exempla pro generibus statuit, & sic
eadem bis docet. Logica enim argumentorum genera sunt altissi-
ma notiones quæ & personas & res pariter complectuntur. Itaque
personarum loci sunt specialiora exempla locorum generalium seu
rerum, ut brevi collatione declarabitur.

8 Eventus similiter est effectum, nempe res motu facta.

9 Aetas est adjunctum. Itaque si hominis vel alterius rei adjun-
cta investigates, etatem & tempus etiam invenes.

10 Mors per se adjunctum est, sed vitæ opposita, est privatio, &
privantium genere præcipue invenitur.

1 Et lex

Quæ est Regula?

4, Studia abeunt in mores, & consuetudo est altera natura.

5, M O R E S.

Dic exemplum à moribus?

Julius clementer servat victos cives: Ergo laudandus est.

Quæ est Regula?

5, Vera & summa laus aut vituperatio morum est.

6, V I T A E G E N U S.

Dic exemplum à Vitæ genere?

Petrus est Apostolus:

Non igitur prælietur gladio, sed doceat Euangeliū.

Regula.

6, Aliæ actiones aliis generibus congruunt.

7, R E S G E S T A E.

Dic exemplum à Rebus gestis?

David præliatus est pro Ecclesia: Igitur laudandus est.

Regula.

7, Congruunt res gestæ cum vitæ genere divinitus ordinato.

8, E V E N T U S.

Dic exemplum ab Eventu?

David potitus est victoria: Ergo placet Deo.

Regula.

8, Honestæ causæ ornantur secundis eventibus, & Deus dat justis prosperos successus.

9, Æ T A S.

Dic exemplum ab Ætate?

Senex est: Ergo audiendus est.

Adolescens est: Ergo non regat ecclesiam.

Regula.

Alia aliis ætatibus conveniunt.

10, M O R S.

Dic exemplum à Morte?

Caligula & Nero miserè perierunt: Igitur à Deo rejecti sunt.

E. 3

Regula.

4 Maxima seu admonitio de vi ejusmodi causa, nempe educationis & exercitationis.

5 Maxima etiã ethica, de virtutum laude, & vitiorum dedecore.

Attingitur & in effectis.

6 Maxima seu sententia ethica.

7 Maxima etiã ethica.

8 Maxima, seu sententia Theologica & ethica de qua homines sæpe diversè judicant.

Maxima etiã ethica.

P. Ramus natura priora & simpliciora, anteponit posterioribus & ab illis ortis seu compositis: quia priora absq; posterioribus sua propria origine & affectione intelligi & usurpari possunt, non contra.

Itaq; artificialia in artificialibus & in illis prima ortis, simplicia, comparatis, consentanea dissentaneis præponit. Vide illum ordinem à regione.

1 Et lex καθόλου πρώτων ortorum argumentorum doctrinam incommodè improprieq; enunciari, si ea suis primis præponantur, & lex Methodi orta primis vitiosè anteponi censet. Ergo cum Methodi simplices quæstiones, & inventionis loci, easdem prope modum res, nempe argumentorum genera, etiam eodem serè ordine, complectantur: lex καθόλου hic tautologiam, Methodus ordinis confusionem notaverit.

Inventio propriè argumentum ejusq; genera & species (vocat Locos) explicat: Methodus autem non argumenta, sed axiomata ex argumentis facta, pro eorum claritatis & lucis discrimine, in ordinem redigit. Itaque etiam in Inventionis doctrina præcedunt ea axiomata & documenta, quæ sunt de rebus & argumentis natura prioribus: ut de argumentis artificialibus, & in his de primis, &c. reliqua de posterioribus suo ordine sequuntur, ac passim definitionum & divisionum de propositis illis rebus documenta principatum obtinent, ut Methodus iis primas tribuit. At non ideo Definitionis & Divisionis locus seu doctrina in Inventionis præcedet: quia argumenta illa orta sunt, quorum doctrina absq; primis antegressis intelligi non potest. Aliud igitur est, methodicè quasq; res propositas primo loco definire, deinde dividere, & sic porro explicare, aliud etiam doctrinam definiendi & dividendi, seu definitiones & divisiones conficiendi, & tamen methodicè etiam tradere, ut & ipsæ definiantur ac dividantur. Quapropter sit quidem argumentorum in Inventionis ordo methodicus: sed non ideo, imo propterea non anteponantur præposterè natura posteriora prioribus, ut sit, si definitionis, generis, speciei, notationis, conjugatorum, totius, partium, & divisionis doctrina præcedat.

CAP.

REGULA.

Scelerati habent tragicos exitus: Econtra justis & moderatis plerunq; placida morte extinguuntur. Et ita discrimina mortis sunt signa providentiæ divinæ. Sæpe tamen à tyrannis injuste interficiuntur boni, ut Socrates, Papinianus. Ibi laus est virtutis, quod non discesserint à justitia metu mortis: quia virtus anteferenda est vitæ.

Maxima Theologica & ethica.

Recensui præcipuos locos personarum, quorum regulæ non solum monstrant, unde sumantur argumenta, cum de personis dicitur, sed etiam monent, quæ res præcipue in historiis clarorum hominum considerandæ sint, imò in gubernatione vitæ prodest intueri in hanc tabellam, & has regulas quas recensui. Fui autem brevior, quia hæc pars locorum in Rhetoricis copiosius tradenda est.

DE LOCIS RERUM.

Qui sunt Loci rerum?

VT in Methodo simplicium vocum dicimus definitionem, deinde species seu partes, postea causas, effectus, cognata, pugnancia quærenda esse, ita propemodum locorum series instituitur, de quaestione conjuncta, seu de propositione. Necesse est enim affinem esse doctrinam, quia ex enarratione simplicium sumitur confirmatio aut refutatio conjunctorum.

Sunt igitur hi Loci:

<p>PHILIPPEI.</p> <p>1, Definitio & definitum. 2, Genus. 3, Species. 4, Differentia, proprium. 5, Etymologia, nomen. 6, Conjugata, casus. 7, Totum, partes.</p>	<p>{</p> <p>1, Causa.</p> <p>2, Subjectum.</p>	<p>RAMEI.</p> <p>{</p> <p>1, Efficiens.</p> <p>2, Materia.</p> <p>1, Forma,</p> <p>2, Finis.</p> <p>5, Adjunctum.</p>	<p>{</p> <p>Effectum.</p>	<p>E 4</p>	<p>3, Divi-</p>
---	--	---	---------------------------	------------	-----------------

1, Artificialia. eaq; Prima. Consentanea.

2 Definitio a genere intelle-
 cto & forma.
 3 Secunda illa
 divisio, ut pri-
 ma in legem
 καθόλου of-
 fendit.

CAP. III. DE EFFICIENTE,
 procreante & conservante.

2 CAUSA est, cujus vi res est.

3 Itaque primus hic locus inventionis, fons
 est omnis scientiæ: sciri que demum creditur, cujus
 causa teneatur: ut merito dicatur a Poëta:

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

4, Causa,



8, Divisio. 9, Causse.
 10, Effectus. 11, Antecedentia. 12, Consequentia. 13, Ab absurdo. 14, A necessario. 15, Ab impossibili. 16, Adjuncta. 17, Connexa, Circumstantia. 18, Communiter accidentia. 19, Similia. 20, Paria. 21, Ex majore. 22, Ex minore. 23, A proportionem. 24, Pugnantia. 25, Disparata. 26, Signa. 27, Exempla. 28, Auctoritas, testimonia. *Deinceps in Phil. ordine explicatur:*
 1, Definitio. 2, Gen⁹. 3, Species. 4, Differentia & Proprium. 5, Etymologia. 6, Cōjugata. 7, Totum partes. 8, Divisio ac deinceps causse, de quibus jam.

3 Dis-	} senta-	} nea.	Di-	} ver	} para-	} ta.	} 1 Rela-	} ta.							
									Op-	} Con-	} 2 Ad-	} versa.			
													posi-	} tra-	} 1 Con-
4 Cō-	} para-	} ta in	} Quali-	} 2 Pri-	} vantia.										
						5, No-	} men.	} Notatio.	} Conjugatio.	} 2 In-	} artificio-				
6 Distribu-	} tio totius in	} partes ex	} 1 Causis: ubi inte-	} 2 Effectis, ubi de	} 3 Subjectis.							} 4 Adjunctis.	} 2 Inartificio-		
						7 Defini-	} tio.	} Perfecta.	} Imperfecta.						
										8 Inartificiale, i.	} Testimonium.			} Divinum.	} Humanum.

Dissentanea.

Comparata.

Orta.

IX, DE LOCO CAUSSARUM.

1, Divisio caussarum.

CAUSSARUM alia nominantur per se, alia per accidens.

2, Causa per se est, qua posita in actu cum cæteris per se causis, necesse est sequi effectum: quæ sunt, aut partes rei, ut materia & forma, aut sua vi agunt aliquid, ut efficiens sua aliqua actione ciet materiam, finalis verò movet efficientem.

2, Divisio caussarum.

3, Alia verè causa est, alia sine qua non.

3, Divisio

Textus D. Philippi.

1 Hæc ut aliena, ita in Ramo non est, sed infra aliter.

2 Definitio à genere intellectu & causis aliis effectus. In summa hac generatim caussæ est.

4 Dichotomia
caussa, binis spe-
ciebus genera
exprimens.

5 Definitio á ge-
nere & forma.

6 Distributio-
nis ratio & fons
diverso distin-
guitur.

7 Prima in bi-
nos principales
modos distribu-
tio.

8 Enthymema
á primo modo:
in otio est vis
procreans &
conservans amo-
ris, ergo otio sub-
lato tollitur a-
mor.

9 Nuda exem-
pla peculiaris
quasi modi, cū
uno disposito.

10 Alia nuda
exempla alius
otiā quasi modi.

1 Secunda in
proximos modos
divisio & alte-
rius subdivisio.

2 Analysis se-
quentis Enthymematis.

3 Insigne exem-
plum peculiaris
accommodatio-
nis.

4 Enthymema-
ra duo inter se
dissimilitudine
collata: prius in

4, Caussa, est efficiens & Materia, aut Forma & Finis.

5, Efficiens est caussa, á qua res est.

6, Cujus etsi vera genera nulla nobis appareant, ubertas tamen permagna modis quibusdam distinguitur.

7, Primó quod procreet, aut tueatur. Ovidius 4 de Remedio:

8, Ergo ubi visus eris nostra medicabilis arte,

Fac monitis fugias otia prima meis:

Hec ut ames, faciunt, hęc quę fecere, tuentur:

Hęc sunt jucundi caussa cibusq; mali.

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus:

Contemptęq; jacent, & sine luce, faces.

9, Sic pater & mater procreant, nutrix tueatur. Virgil. 4 Æneid.

Non tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,

Perfide; sed duris genuit te cautibus horrens

Caucasus, Hyrcanęq; admorunt ubera tigres.

10, Sic Romulus conditor Romanę urbis: Reges deinde reliqui, consules, imperatores, tutores & conservatores fuere.

CAP. IV. DE EFFICIENTE

sola, & cum aliis.

1, Secundó caussa efficiens sola efficit, aut cum aliis: earumq; omnium sæpe alia principalis, alia adjuvans & ministra.

2, Sic Nisus Æneid. 9, avocat ab Euryalo in se factę cædis & culpam & pœnam: quia solus ejus auctor fuerit.

Me, me: adsum, qui feci: in me convertite ferrum

O Rutuli: mea fraus omnis: nihil iste nec ausus

Nec potuit. —

3, Solitaria caussa cum plerisq; & principalibus & sociis, pro Marcello varié adhibetur.

4, Nam bellicas laudes (ait Orator) solent quidam extenuare verbis, easque detrahere ducibus, & communicare

3, Divisio.

4, Causæ per se sunt quatuor: Efficiens, Materia, Forma & Finis.

5, Efficiens est, à quo primo fit motus, id est, quod revera & principaliter agit, vel aliud efficit, ut Sartor vestem. 6, Et quia magna varietas est efficientium, & valde prodest nosse discrimina, necesse est hîc addi divisiones.

FR. BEURHUSII NOTÆ COLLAT.

Prima Rameæ divisioni nulla Philipea aperte respondet: at-
amen vis procreans & conservans in Philipeis intelligitur.

1, Divisio efficientis.

Efficientium alia vocantur naturalia, alia volun-
taria.

2, Divisio.

Causarum quædam totales, quædam partiales.

3.

Aliæ principales, aliæ minus principales.

4.

Aliæ propinquæ, sc. ipsorum effectuum proximæ
causæ, aliæ remotæ, quæ illas fovent & cient, vel sunt
causæ causarum propinquarum.

5.

Aliæ universales, ut Deus fovēs naturam, aliæ par-
ticulares, id est, propiores.

6.

Aliæ principales, aliæ instrumentales.

7.

Partialium aliæ præparantes, aliæ adjuvantes.

8.

Aliæ αἰτία, aliæ συναίτια, alia σὺνεργα.

Αἰτία sunt principales causæ, ut mens, & voluntas
actionum.

συναίτια sunt minus principales causæ, ut inclina-
tiones bonæ vel malæ.

σὺνεργα sunt vel præparantes causæ vel instru-
menta, ut doctrina & aduefactio in actionibus vir-
tutum.

4 Divisio in 4
species.

5 Defini. à geno-
re intellecto, ad-
iuncto & effe-
cto.

6 Divisionum
caussa & origo.

1 Hæc prima
divisio pertinet
infra ad tertiã
Rameam.

2 Totalis est
caussa sola, par-
tiales sunt cum
aliis.

3 Est distinctio
causarum cum
aliis.

4 Est gradatio
causarum, non
propria divisio,
ideoque nec novus
præceptum.

5 Est etiã quæ-
dam causarum
cum aliis distin-
ctio.

6 Est rursus
causarum cum
aliis distinctio.

7 Similis earum-
dem distinctio
est.

8 Rursus earum-
dem distinctio.

Prima est prin-
cipalis cū aliis,
cetera adju-
vantes, &c.

ADMO-

*protasi á causis
adjuvantibus
imperator á
multis adjuva-
tur:*

*Ergo bellica
laus ejus pro-
pria non est.*

*5. Alterum á
sola causa.*

*Clementia Cæ-
sar solus auctor
est:*

*Ergo illa laus
ejus propria est.*

*6. Impium Epi-
curi enth. á ne-
gatis instrumē-
tis: Deus caruit
instrumentis:
Ergo non fecit
mundum.*

*1 Tertia in mo-
dos divisio.*

*2 Per se dupli-
citer.*

*3 Axioma co-
pularum ex plu-
ribus causis ef-
fectum arguen-
tibus.*

*4 Est etiam a-
xioma ex effici-
ente, modo con-
sili (qui hic ar-
guit) & effecto.*

municare cum multis, ne propriæ sint Imperatorum: & certé in armis, militum virtus, locorum opportunitas, sociorum auxilia, classes, comeatus, multum juvant: maximam veró partem, quasi suo jure fortuna sibi vendicat, & quicquid est prosperé gestum, id pend omne ducit suum.

5, At veró hujus gloriæ, Cæsar, quam es pauló anté adeptus, socium habes neminem: totum hoc quantumcunque est (quod certé maximum est) totum (inquam) est tuum. Nihil tibi ex ista laude centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit: quia etiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna in istius se societatem gloriæ non offert: tibi cedit, tuam esse totam ac propriam fatetur. Instrumenta etiam in causis adjuvantibus connumerantur, quo argumento impius Epicureus disputat, mūdum nunquam esse factum, I de Nat.

6, Quibus enim (ait) oculis animi intueri potuit vester Plato fabricā tanti operis, qua construi á Deo, atq; ædificari mundum facit? Quæ molitio? quæ feramenta? qui vectes? quæ machine? qui ministri tanti operis fuerunt?

CAP. V. DE EFFICIENTE PER se, & per accidens.

Tertió, causa efficiens, per se efficit, aut per accidens: Per se, quæ sua facultate efficit: Ut quæ natura, vel consilio faciunt.

3, Ventorum efficientia naturalis est I Æneid.

Incubere mari, totumq; á sedibus imis

Uná Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis

Africus, & vastos tollunt ad littora fluctus.

4, Consilii exemplum est illa Ciceronis de se confessio: Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam magna ex parte, nulla vi coactus, iudicio meo, ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te.

Per accidens efficit causa, quæ externa facultate efficit: ut in his quæ fiunt necessitate vel fortuna. Ne-

ADMONITIO DE EXEMPLIS.

Quoniam revera Dialecticæ præcepta tam latè patent, quàm naturalis rationis usus in omnium bene differentium exemplis. P. Ramus etiam, ut omnia præcepta ad illum communem usum definiendo, dividendo, & proprietates explicando accommodata facit, ita & exempla in inventione (quæ nuda argumenta tantùm considerat) partim nuda, i. nudè absque dispositione indicata, partim axiomaticè vel Syllogismo disposita, in Judicio verò tantum disposita, ponit, eaque ut à suis auctoribus generalium artium artificio tractata sunt, ut & universæ Logicæ, etiã in cryptis adhibitis, opes, & conjunctus tum Inventionis & Judicii, tum generalium artium usus appareat. In Inventione autem ideo etiam disposita exempla adhibet, ut juvenis non modo è mente argumenta nudè cogitare, eaque per genesin axiomatis deinde disponere, sed & aliorum dispositione tractatione nuda illa argumenta invenire, adhibitoque judicii artificio dispositionem in sua principia retexere adsuecat. Alii verò, etsi universum illum Logicæ & conjunctum generalium artium usum suo etiam usu & commentationibus extra Logicam exprimunt, tamen artis descriptionem, præceptaque magis ad syllogisticum usum adstringunt, ideoque etiã præter nuda uspiam exempla nudas & strictas syllogismi formas, per Enthymemata ferè, nõ vero axiomatica, aut tractata à suis auctoribus, syllogismorum exèpla adhibent, & c.

1, Causarum aliæ nominantur per se, aliæ per accidens.

2, Causa per se est, quæ vel sua vi aliquid agit, ut efficiens & finis: vel est pars rei constitutæ, ut materia & forma.

Causa per accidens, infra.

3, Efficientium alia vocantur naturalia; alia voluntaria.

Naturalia, quæ vi insita naturæ, agunt, non deliberatione aliqua, nec possunt suspendere actionem admota materia.

4, Voluntaria sunt, quæ deliberatione agunt: & cum habeant libertatem aliquam, possunt suspendere actionem, admota materia: ut, Faber potest esse otiosus, etiam cum habet materiam & instrumenta.

Causa per accidens est aut quiddam accidens alteri per se agenti, quod etsi via aliqua est agenti, ta-

men

Textus D. Phil.

1 Hæc verbis Rameæ respondet, sed D. Ph. supra latius sumpta est, sed contra legem καθόλου.

2 Et hæc verbis Rameæ respondens, re tamen ipsa omnes causas complectitur.

3 Hæc natura & consilio respondet, sed in Ph. est prima efficiens divisio. Desin. natur. ab insita communis nature vi, sic tantum agendi ut agit declarata negatione dissentaneorum.

4 Desin. volunt. à liberiore rationis & voluntatis efficientia adjuncto declarata.

2 Per accidens
dupliciter.
Defin. á genere
intellecto &
forma.

Definitio á ge-
nere & forma.

Imprudencia
peculiare exem-
pli genus.

Ufus peculiaris.

na. Necessitate, cum efficiens vi cogitur ad effectum: qualis est Pompejanorum excusatio. At mihi quidem (ait Orator) si proprium & verum nomen nostri mali quaeratur, fatalis quaedam calamitas incidisse videtur, & improvidas hominum mentes occupavisse: ut nemo mirari debeat humana consilia, divina necessitate esse superata.

Fortuna est causa per accidens, quando praeter efficiētis scopum aliquid accidit. Sic casu fortuito Phæreo Jasoni profuit hostis, qui gladio vomerem ejus aperuit, quam medici sanare non poterant.

In hoc genere causarum imprudentia connumerari solet. Ovid. 2 Trist.

Cur aliquid vidi, cur noxia lumina feci?

Cur imprudenti cognita culpa mihi est?

Inscius Aetæon vidit sine veste Dianam:

Præda suis canibus nec minus ille fuit.

Scilicet in superis etiam fortuna luenda est:

Nec veniam, læso numine, casus habet.

Hinc sumitur Deprecatio, qualis est pro Ligario: Ignosce pater: erravit, lapsus est, non putavit: si unquam posthac. Et paulo post, Erravi: temere feci: poenitet: ad clementiam tuam confugio; delicti veniam peto; ut ignoscas oro.

Fortunæ autem nomen ignoratio causarum confinxit: cum enim aliquid praeter consilium spemque contigerit, fortuna vulgo dicitur: nec in scite Juvenalis,

Nullum numen abest si sit prudentia: sed te

Nos facimus, fortuna, Deam, caeloque, iocamus.

COLLATIONES.

9 Illa efficientium vera divisio non est, sed diversorum argumentorum quaedam permixtio, ut diversa exempla ostendunt. In aliis enim exemplis materia, in aliis finis affectio, cum efficiētis aliquo modo, vel subiecto occupante & effecto scilicet motu, satis aperte apparet, ideoque ea proprie his generibus retexuntur.

Deus Logicè est Efficiens principalis nostræ salutis, ipsius misericordia est efficiendi se consilii modus: M. serena & damnatio generis humani non est causa, sed objectum divinæ misericordie. Sic

mentale est, ut sine eo effici affectus potuerit, nec propter hoc accidens equatur effectus: aut est agens, quod habet eventum alium præter intentum aut ordinatum, cum tamen eventum illum secundum non necesse sit accedere.

Primi modi exempla sunt: Febris potest esse causa temperantiæ per accidens, cum per se causa sit voluntas frenans appetitionem cibi & potus. Cum Paulus inquit, Scientia inflat. Causa per accidens est superbiæ eruditio: sed per se causa est voluntas efferens se & despiciens alios, quorum utilitati servire eruditio debebat.

2. Alter est Fortuna & Casus: ut, Fossio modus est causa per accidens inventi thesauri. Quia voluntas vinitoris erat vineam plantare. Hunc eventum comitatur alius, scilicet inventio thesauri: quem eventum nec fodiens cogitaverat, nec accedere necesse fuit.

Cumq; non sit necesse causis per accidens respondere effectus seu eventus, non ducuntur à causis per accidens firma argumenta. Non valet consequentia:

*Piscatores Milesii invenerunt Tripodem aureum,
Ergo & alii ibi aureum Tripodem invenient.*

*In D. Philippo hæc præterea divisiones extant,
9, Efficientium divisio.*

Efficientium alia sunt προηγούμενα alia προκαταρ-
κτικά.

.προηγούμενα antecedentia, sunt interiores dispositiones, quæ irritatæ ab externis causis sunt principales causæ effectuum, ut in Deo misericordia est causa προηγουμένη redemptionis nostræ.

προκαταρτική est externa irritatrix causa, quam vulgò primitivam vocat. Ea interiorem irritat & provocat, ut miseria & damnatio generis humani.

10, Divisio efficientium.

Efficientium aliæ agunt motæ ab aliis, aliæ sunt moventes seu impellentes.

Motæ, ut voluntas mota ab objecto, quod monstratum

Describitur paulo latius, ut etiam objecta quaedam complectatur.

De necessitate ita nihil in D. Philippi divisionibus, ut in Ramo.

Maxima vi argumenti quæ tamen improprie de consequentia traditur.

Propositio intellecta est contingens: itaq; & talis judicatur complexio. De his nihil seorsim in Ramo.

enim objecta, sua quadam vi movent adjuncta occupata. Cetera
vide parte 2, Pæd. Logica, pag. 607.

10 Nec illa efficientis, imò ne caussarum quidem propria divisio
est: quia efficientis modos quosdam cum fine, effecto, subiecto & te-
stimonio, in diversis exemplis permiscet. Vide 2 partis pag. 108, &
seq. Mens per sensum occupatur & movetur objecto, atq; hac pro-
pria subiecti vis. Voluntas deinde suadet, ut actio suscipiatur: hic
consilii modus est, ubi affectus concurrrens adjuvat, aut ipse ciet ut
causa. Itaq; generalibus argumentis, absq; hac nova divisione, o-
mnia perspicue retexuntur. Lex est testimonium, cuius auctorita-
te movemur. Meritum est effectum. Effectus sua debetur premia.

Occasio non est argumenti genus, sed argumentorum fructus:
interim tamen si arguat, id non aliqua propria, sed alterius argu-
menti vi facit.

Ad regulas illas.

1 Ejusmodi Regulas seorsim nullas P. Ramus tradit: quòd sine
confectaria & fructus, qui per se generalibus præceptis continetur,
indeq; sua sponte fluunt. Atq; in usu ejusmodi regule seu maxime
pro varia argumentorum accommodatione varie enunciuntur.
Vide de Maximis passim Ramum & Talaum, itersq; tres nostras
commentationis Logica partes.

2 Ex definitione causse colligitur: Causa est cuius vi, res scilicet
qualibet vera vel ficta est. Ergo nihil sit sine causa. Est enim defi-
nitio κατὰ πρῶτος.

3 Colligitur ex vi caussarum, tum omnium, que semper conjun-
guntur in effecto constituendo, tum efficientum cum aliis in qui-
busdam rebus.

4 Ex definitione effecti, quod e causis existit.

5 Ex distinctione affectionis causse & effecti.

6 Ex efficientis naturalis & materie vi.

7 Ex eadem naturalis causse vi, sed specialiter & magis
explicatio.

8 Ex consilii modo, sed etiam specialiter & φυσικότερα ex-
plicatio.

9 Theologica explicatio Logici consilii modi.

10 Similiter Theologica & Ethica ejusdem modi distinctio. Nam
& Theologia hac patet fecit, & experientia docuit.

stratum & oblatum est voluntati.

Impulsiva est vel affectus, vel objectum movens agentem: ut misericordia motus est, vel: Inopia amici motus, scripsit eum hæredem.

Est & lex impulsiva, & meritum.

Aliud est *αἰτία* causa, aliud *ἀφορμή*.

I REGULAE DE CAUSSIS.

Prima.

2, Platonis regula est in Timæo: *Nihil fit sine causa.*

3, Hinc igitur regula consequentiæ sumitur: Non positis causis sufficientibus, i. totaliter & ordine conjunctis, non sequitur effectus: ut, Non valet consequentia, *Habeo exercitum: Ergo vincam.*

Secunda.

4, Posito effectu, necesse est causam esse, vel fuisse.

Tertia.

5, Causa ordine naturæ præcedit effectum: ut, *Sol naturæ ordine prior est, quàm sparsio radiorum.*

Quarta.

6, Positis causis naturalibus sufficientibus, & non impeditis, si sit admota materia, sequitur effectus necessitate Physica. Valet igitur consequentia: *Stipulae coniectæ sunt in ignem: Ergo urentur.*

Quinta.

7, Naturalis causa uno & eodem modo agit, etiam si in diversis subjectis videntur dissimiles effectus: ut, *Solis calor liquefacit ceram, & durat lutum.*

Sexta.

8, Voluntaria causa potest cessare, & agere dissimiliter: ut, *Faber volens aut ædificat, aut non ædificat.*

Septima.

9, Voluntatis divinæ, quæ est immutabiliter bona, omnes effectus boni sunt. Valet igitur consequentia:

Deus condidit Politias:

Ergo Politie sunt res bonæ, & Deo placentes.

Octava.

10, Voluntatis humanæ, quæ mutabilis, effectus sunt dissimiles: ut, *Voluntas Adæ, etsi erat bona, ta-*

F men

11 Tum ex Logica causse definitione, tum rerum natura & observatione, hac ratiocinatio collecta est. Sed Theologia nominatim patefecit, Deum esse primam & sic solam omnium reru causam.

12 Ex causarum cum aliis dissimilibus exemplis admonitio.

13 Ex comparatione causse primae ac principalis & effecti.

14 Lex habet testimonii auctoritatem, non proprie causse vim: attamen aliquando ut Efficiens aut Finis etiam spectari potest, sed ut nihil nova preceptionis requirit.

15 Ex leviter & fortuito adjuvantis causse affectione admonitio.

CAP. VI. DE MATERIA.

Quid est Materia?

MATERIA est causa, ex qua res est.

2, Hoc argumento ficto apud Ovid. 2 Metamorph. Solis domus auro, ebore, argento componitur.

*Regia Solis erat sublimibus alta columnis,
Clara micante auro flammisq; imitante pyropo:
Cujus ebur nitidum fastigia summa tegebat:
Argenti bifores radiabant limine valvae.*

3, Cæsar i bello Civil. Imperat militibus Cæsar, ut naves faciant, cujus generis eum superioribus annis usus Britanniae docuerat: carinae primùm ac statumina ex levi materia fiebant: reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur.

FR.

1 Definitur genere & forma.

2 Analysis sequentis exempli axiomatice quo effectum materia quadruplici precipue describitur.

3 Aliud exemplum axiomatice quo effectum suis materiis explicatur

men propria libertate avertit se a Deo: Non igitur valet consequentia:

Voluntas Davidis fuit haecenus iusta:

Erunt igitur omnes eius actiones iustae.

Nona.

11, In causis essentialiter ordinatis impossibile est progredi in infinitum: quia si essent infinitae, ordo earum turbaretur: Igitur necesse est perveniri ad unam primam, quae habet potentiam infinitam.

Ex hac regula Physici eruditè ratiocinantur, unum esse Deum, mentem aeternam, immensae potentiae, causam universae naturae, ac boni in natura, ut sapienter & dilertè tradidit Plato definitionem Dei.

Decima.

12, Accidentaliter ordinatas non necesse est simul poni: ut, cum duo equi simul trahunt currum.

Undecima.

13, Impossibile est causam efficientem totalem genere deteriore esse effectui. Ideo necesse est, primam causam rerum, esse naturam intelligentem.

Duodecima.

14, Lex referenda est ad causas efficientes, quia est cogitatio principaliter movens agentem. Cum igitur actionum efficientes causae quaeruntur, lex etiam quaerenda est.

Tredecima.

15, A causis per accidens non valet consequentia: Nam saepissime fit, ut non sequantur effectus: ut,

Laboravit febris,

Ergo factus est temperans.

DE MATERIA.

Quid est Materia?

MATERIA est, ex qua aliquid fit, ut ex farina fit panis.

2, Ex elementis fiunt mixta corpora.

3, Haec dicitur Materia ex qua.

Impropriè nominamus subjectum materiam in qua, & objectum circa quam.

1 Hic genus sub-
intelligitur.

2 Exemplum:

3 Distinctio vocis.

F 2

Regula

*De maximis
admonitio.*

FR. BEURHUSII NOTAE COLL.

Ejusmodi sententia, si affectionem & vim argumenti explicent, sunt Inventionis propriae, sin argumentorū compositionem, & hinc iudicium distinguant, sunt iudicii. Et quidem ea vel sunt legitima artis regulae, quales etiam à Ramo in arte collocantur, vel sunt nova argumenta, consuetaria & admonitiones pro vario usu, ex illis deducta, quales ideo nos passim in tertia pædago. Logicæ parte, legitimis documentis exercitationis causa subiecit.

1 Est admonitio ex materia, itemq; totius & partium affectione mixta, sed magis iudicii, quam inventionis.

2 Est admonitio è subjectis & adjunctis potius, quam ex materia & effecti affectione, sed speciatim ad exempla Physica accommodata.

3 Similis ex eodem fonte admonitio, quâquam & sic causa sublata effectum tollitur.

4 Est admonitio ex materiis oppositis & comparatis.

CAP. VII. DE FORMA.

Quid sequitur deinceps?

Transitio Dichotomia.

1 Definitio à genere & forma, cum consuetario de fructu alio, qui apparet in antithesi. Maxima de essentiali affectione. Exempla nuda partim nominata, partim generatim indicata.

CAUSAE primum genus est eiusmodi in efficiente & materia: sequitur secundum in forma & fine.

1, Forma est causa, per quam res est, id quod est: ideoque hinc à cæteris rebus distinguitur: Et forma simul cum re ipsa ingeneratur. Anima rationalis est forma hominis: quia per eam homo est homo, & distinguitur à cæteris omnibus naturis. Geometricarum figurarum in triangulis, quadrangulis sua forma est: Physicarum rerum, cæli, terræ, arborum, piscium sua forma est: unde præcipua rerum ut natura est, sic erit explicatio, si possit inveniri: ut in artificiosis rebus facilius occurret. Cæsar septimo; Muri autem omnes Gallici hac ferè forma sunt: Trabes directæ perpetuæ in longitudinem, paribus intervallis distantes inter se binos pedes, in solo collocantur: hæ revinciuntur introrsus, & multo aggerere vestiuntur. Ea autem, quæ diximus, intervalla, grandibus in fronte saxis effarciuntur. His collocatis & coagmentatis alius insuper ordo adjicitur, ut idem illud intervallum servetur, neque inter se contingant trabes; sed paribus intermissæ spatiis singulæ singulis saxis interjectis arctè contineantur: sic

Regule seu maxime de Materia.

1, Cui adimitur materia, adimuntur & partes materiae, & accidentia propria illi materiae, seu subjecto: ut, *Stellae sunt corpora lucida, sed non conflata ex elementis inter se mixtis: Ergo nullae sunt partes terrestres in stellis, nec aluntur stellae vaporibus.*

2.

2, Accidentia propria mentis non sunt tribuenda corpori, nec e contra: ut, *In statua non est mens; Ergo nec notitia vel cogitatio.*

3.

3, Accidentia non possunt esse sine subjecto. Quare destructo subjecto, accidentia etiam intereunt: ut, *Oculus corruptus est: Ergo extincta est visio.*

4.

4, Diversae materiae variant rerum dignitatem: ut, *Thorax aureus est preciosior ferreo.*

DE FORMA.

FORMA est, quae dat esse rei: ipsa rei consummatio seu quasi aedificatio, qua res est talis: ut, *Figura navis, aut domus aedificatae est ipsa forma.*

2, Formae aliae Substantiales, aliae Accidentales.

Substantialis est principalis pars essentiae. Nam substantias compositas dividimus in Materiam & Formam: ut, *Bos constat ex materia & forma.*

Accidentia tantum sunt formae: Nec dicimus accidentia habere materiam, ex qua fiant, sed sunt in materia, ut *figurae sunt metae includentes materiam.*

Reg. seu maxima.

3, Posita forma substantiali, res ipsa ponitur, & illa sublata, res tollitur: ut, *Stellae non habent insitas animas: Ergo stellae non sunt animalia.*

Eodem modo ab accidentibus formis argumentamur: ut, *In his ruderibus destructa est figura domus: Igitur haec rudera non sunt domus.*

1 Maxima de vi consequentiae, seu potius propositionis e materia & materiato extracta.

1 Definitio ferè eadem, sed simili illustrata.

2 Divisio sed ad Aristot. leges non legitima, vide 2 part. pa. 620, & seq.

3 Est consecrarium tum ex definitione, tum ex generali forma maxima est ab Ramo in arte posita.

fic deinceps omne opus contexitur, dum iusta muri
 altitudo expleatur: hoc cum in speciem varietatemque
 opus deforme non est, alternis trabibus ac saxis, quæ
 rectis suis lineis ordines servant, tum ad utilitatem,
 defensionemque urbium summam habet opportu-
 nitatem: quod & ab incendio lapis, & ab ariete ma-
 teria defendit; quæ perpetuis trabibus pedes quadra-
 genos plerumque introrsus revincta neque perrum-
 pi, neque distrahi potest. Sic forma Virgiliani por-
 tus explicatur Æneid. I.

*Est in secessu longo locus: insula portum
 Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
 Frangitur, inque sinus scindit sese unda reductos.
 Hinc atque hinc vastæ rupes, geminiq; minantur
 In celum scopuli, quorum sub vertice latè
 Æquora tuta silent: tum sylvis scena coruscis
 Desuper, horrentiq; atrum nemus imminet umbra:
 Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum.
 Intus aquæ dulces, vivoque sedilia saxo,
 Nympharum domus: hinc fessas non vincula naves
 Ulla tenent: unco non alligat ancora morsu.*

CAP. VIII. DE FINE.

FINIS est causa, cujus gratia res est.
 2 Physicis reb. finis homo propositus est: Ho-
 mini Deus. Omnium artium est aliquod summum
 bonum & finis extremus: ut Grammaticæ, bene loqui:
 Rhetoricæ, bene dicere: Logicæ, bene disserere. Iuno
 I Æn. cõnubii finem assumit, cum Æolo Deiopejam
 pollicetur, solatii scilicet prolisque gratiâ:

*3, Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ,
 Quarum (quæ forma pulcherrima) Deiopejam
 Connubio jungam stabili, propriamque dicabo;
 Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
 Exigat, & pulchrâ faciat te prole parentem.*

4, In defensione Ligarii Cicero Tiberonem accu-
 satores urget, cum armorum contra Cæsarem susce-
 ptorum finem premit.

Et

1 Definitio à ge-
 nere & forma.
 2 Exempla nu-
 de indicata.

3 Exēplum di-
 positum.

4 Aliud disposi-
 81773.

DE CAUSSA FINALI.

CAUSSA finalis est cogitatio de fine seu usu, qua movetur & regitur agens in opere instituendo; ut,

Fabricans navim movetur & regitur cogitatione de usu.

Finis est ipse usus rei, ut finis calcei est munire pedem.

2, Hinc similiter locus Rhetoricus ab utili. Locus ab honesto, etsi ad causam finalem etiam accommodari potest, tamen propter perspicuitatem accommodetur ad causam efficientem, videlicet ad legem.

Reg. seu maxime.

1, Omnes res in tota natura conditæ sunt ad aliquos fines, i. usus.

F 4

2, Unius

1 Describitur adjuncto & effecto & sic distinguitur: sed videndum an sit Logicæ.

2 Nota Rhetorum locos Logica esse proprios. Sed utile, honestum, æquum, &c. Non Logica argumentorum, sed rerum ipsarum sunt vocabula, ideoque argumentorum non genera sed exempla: quæ pro diversa accommodatione, diversam argumenti affectionem induunt.

1 Hæc sententia omnium causarum, imò omnium argumentorum est communis.

Et certé (ait) contra ipsum Cæsarem est congressus armatus. Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharfalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? quis sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?

CAP. IX. DE EFFECTIS.

EFFECTUM est, quod é causis existit.

2, Sive igitur gignatur, sive corrumpatur, sive modo quolibet moueatur quilibet: hic motus, & res motu facta, effectum dicitur.

3, Hujus loci sunt laudes & vituperationes: quarum pleni sunt libri sacri & prophani.

4, Æneid. 6 facta variorum populorum comparantur ad nominis Romani laudem.

Excudent alii spirantia mollius æra:

Credo equidem ducent viuos de marmore vultus,

Orabunt causas melius, cæliq; meatus

Describent radio, & surgentia sidera dicent.

Tu regere imperio populos Romane memento:

Hæ tibi erunt artes, paci q; imponere morem:

Parcere subjectis, & debellare superbos.

5, Huc dicta scriptaque referenda sunt. Pericles & Hortensius bene dicendi laude celebrantur: eodemque argumento Demosthenes & Cicero etiam bene scribendi.

6, Ad hunc locum referuntur consilia & deliberationes, etiam si omnino ad exitum perductæ non fuerint. Parmenio & Philotas morte mulctari sunt, quia conjurationis in Alexandrum essent suspecti, ut Curtius & Arrianus meminerunt. De Lentulo & Cethego aliisque Catilinæ popularibus, Romani senatus iudicio supplicium sumptum est.

7, Sunt etiam effecta virtutum & vitiorum. Horatius hoc modo ebrietatis effecta describit:

Quid non ebrietas designat? operta recludit,

Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inermem,

Sollicitis

1 Def. à genere intellecto & forma.

2 Præceptum seu maxima, de generali & Logica effecti significatione.

quasi modis nihil distincta.

3 Usus primo generatim significatur, deinde exemplis demonstratur, quæ etiam aliter modis distinguuntur.

4 Primus modus est in factis officiisq; & horum fructibus ac eventis.

5 Secundus in dictis scriptisq;.

6 Tertius in consiliis.

7 Quartus in virtutum vitiorumq; motu.

2, Unius rei possunt esse multi fines, sed subordinati seu vicini: ut, Homo cōditus est ad Deum agnoscendum & celebrandum: sed accedit etiam alius finis, ut juvet communem societatem.

3, Propter quod unumquodq; appetitur, illud magis appetitur: ut, *Avarus appetit navigationem propter pecuniam: Ergo pecuniam magis appetit.*

Communis Reg. de Causis.

4, Positis omnibus causis sufficientibus in actu, fit Effectus.

5, DE LOCO EFFECTUUM.

COLLATIO.

(Effectorum loco propriè comprehenduntur sequentia, ut 1 Accidentis predicabilis quaedam exempla. 2 Actio predicamentum. 3 Res gestæ, locus personarum. 4 Eventus quaedam exempla. 5 Morum exempla quaedam. 6 Consequentium quaedam exempla.)

Regula.

6, Effectu posito, necesse est, causas proprias esse vel fuisse, &c. Et usitatissima sunt argumenta in tota vita ab effectibus ducta.

7, In natura rerum pleraque sunt ordinata: ut, *Homo est natura intelligens: Ergo necesse est ejus architectum esse intelligentem. Terra in longo tractu concutitur ingenti motu: Ergo necesse est causam aliquam esse quassantem.*

Physicus autem causam esse in terra magnos halitus inflatos ait: Astrologus causam cœlestem, scriptura etiam Deum moventem addit.

Quæ enim sint rerum causæ, & quibus effectibus positus, quæ causæ respondeant, id in singulis artibus traditur. Itaque in qualibet materia consulendæ sunt artes, quæ de illa nominatim explicant. Dialecticus enim non potest de singulis tradere regulas, sed contentus est hac communi commonefactione, *Posito effectū, necesse est propriam causam esse vel fuisse.* Deinde quæ causæ calefaciant, quæ frigefaciant, dicendum est in Physicis, &c.

2 Divisio finis, sed nec κατὰ πᾶντὸς, nec ejus propria.

3 Admonitio de comparatione finis & finiti.

4 Confectarium ex causæ divisione.

5 Effecti definitio hic nulla est.

6 Maxima ex effecti definitione.

7 Enthymemata ab effectis ad concludendas causas. Illustratio additur, ex artis generalis, tanquam instrumenti, & specialium, unde res ipse suppetūt, distinctis officiis.

Locum

*Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes,
Fæcundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?*

CAP. X. DE SUBJECTO.

AR G U M E N T U M modo quodam consentaneum succedit: Subjectum & Adjunctum. Subjectum est cui aliquid adjungitur.

I Modus exemplorum.

I,	} Anima,	} est sub-	} Subjectum.	} Scientia, ignorantia, virtutis, vitii: quia hæc præter essentiam accedunt.

II Modus.

II, Homo, est subjectum, divitiarum, paupertatis, honoris, infamiæ, vestitus, comitatus.

III Modus.

III, Locus est subjectum rei locatæ.

Sic Philosophi divinis entibus, licet parte & magnitudine carentibus, attribuunt locum. Sic Geometræ locum locique differentias in rebus Geometricis: sic Physici multo etiam diligentius in rebus Physicis considerant; in mundo, in elementis simplicibus, in rebus compositis. Sic Virg. in Georg. suum quemq; propositis rebus locum deligendum admonet, ut segetibus, arboribus, vitibus, pascuis.

*At prius ignotum ferro quam scindimus æquor,
Ventos & varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultus q; habitus q; locorum:
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuset.
Hic segetes, illic veniunt felicius uvæ,
Arbori factus alibi, atq; in jussa virescunt
Gramina. —*

IV Modus.

IV,	} Sensilia	} Res virtutib. ac vitiiis propositæ	} Subjecta	} Sensuum virtutum ac vitiorum	} hoc modo nominantur.

Color est subjectum visus: sonus, subjectum auditus, quia hi sensus in his sensilibus occupantur & exercentur.

Virtutes & vitia declarantur in Ethicis hoc argumento:

Tempe-

Locum effectorum sequitur hic in D. Philippo, 11, Antecedentia. 12, Consequentia. 13, Ab absurdo. 14, A necessario. 15, Ab impossibili. 16, Cōnexa. 17, Adjacentia & Adjuncta. 18, Communiter accidentia.

1, Nihil D. Phil. de illa ab absolutè consentaneis ad modo quodam consentanea, transitione, ut nec illam consentaneæ affectionis distinctionem adhibuit.

DE SUBJECTO COLLAT.

De subjecto etiam nominatim nihil: attamen illud tum alio nomine, mutata propria affectione uspiam exprimitur, tum etiam per ea argumenta, quæ sunt adjuncta, quasi è regione significatur. Speciei nomine in Prædicabilibus subjectum exprimitur, quando ei proprium vel accidens attribuitur: quanquam ibi in doctrina Proprii & Accidentis etiam subjectum à quibusdam quasi obiter nominatur. Substantia in Prædicamentis est exemplum subjectorum, quatenus reliqua ei attribuuntur, quæ adjuncta sunt: alioqui etiam causa est, vel ipsum etiam adjunctum Patria, persona, locus, ubi est, situs Prædicamenta, hic continentur & inveniuntur.

Ordinis continuatio in Phil. indicatur.

ADJA-

Temperantia & intemperantia voluptati; magnanimitas & ignavia periculo; liberalitas & avaritia divitiis.

Sic res numerabilis, Arithmeticae: mensurabilis (ut ita dicam) Geometriae subjicitur.

Ejusmodi subjecto Cic. 2 Agrar. disputat, inter Campanos nullam contentionem esse, quia nullus sit honor. Non gloriae cupiditate (ait) efferebantur, propterea quod ubi honos publice non est, ibi cupiditas gloriae esse non potest: non contentione nec ambitione discordes: nihil enim supererat, de quo certarent: nihil quod contra peterent: nihil ubi dissiderent. Eodem argumento a Propertio dictum est:

Na vita de ventis, de tauris narrat arator:

Enumerat miles vulnera, pastor oves.

ICAP. XI. DE ADJUNCTO.

Quid est Adjunctum?

2 **A**djunctum est, cui aliquid subjicitur.

Quae ejus vis & accommodatio est?

3, Hoc argumentum etsi subjecto est levius, attamen est copiosius & frequentius. Itaque de ejusmodi signis ait Ovid. 2 de Remedio:

Forsitan haec aliquis (nam sunt quoque) parva vocabit:

Sed quae non profunt singula, multa juvant.

4, Bona & mala animi,

{	ut scientia, virtutes, & vitia:	}	Sunt ad-	{	Animi &
	Itemque corporis, ut sanitas, morbus, robur, &c.				

{	Bona & mala totius hominis, ut divitiae, paupertas, honor, infamia, vestitus, comitatus, &c.	}	Sunt ad-	{	Hominis.
	juncta				

{	Res locata, & sic Tempus, id est, duratio rerum praeterita, praesens & futura.	}	Loci.	{	Rerum omnium.
	juncta				

Sensus,

¶ Adjunctorum generalis affectio ab aliis in multos locos dispersa est.

2 Definitio a genere intell. & forma relatione expressa

3 Explicatio proprietatis seu maxima, de vi, & copia adjunctorum.

4 Quatuor adjunctorum modi, nudis exemplis adumbrantur.

I Modus insitorum & inhaerentium.

II Modus circumstantium.

III Modus comprehensorum.

ADJACENTIA ET I ADJUNCTA.

2 SEQUENS locus jubet perpetua accidentia speciesum considerare. 3, Estque locus hic vicinus proprio, quia perpetuorum accidentium coacervatio est re ipsa speciei proprietas. 4, Hæc perpetua accidentia nominantur ab aliquibus adjacentia, quia apud Aristotelem dicuntur προσκειμένα. Deinde nominant adjuncta, ornamenta, quæ inesse alicui debent, aut alia externa, quæ semper comitantur rem, natura vel ordinatione aliqua: ut Umbra comitatur corpus positum ad lumen. Rectè facta comitatur gloria, hoc est, comprobatio in bonis verè judicantibus.

Atrocia delicta comitantur pœnæ: Pleuritidem comitatur febris. 5, Nos brevitatis causa uno loco complectemur adjacentia & adjuncta.

1 Adjuncta à D. Phil. ita late non sumuntur, ut ab Ramo, imò tota adjunctorum vis & facultas variis appellationibus & locis cõfusius traditur.

2 Descriptio quadam ex genere metaphorico & subjectis occupantibus.

3 Illustratio à collatione. Sed Logicè adjunctum genus est: Proprium verò ejus species seu exemplum.

4 Secunda illustratio ab horum generum distinctione quadam.

5 Distinctione rejecta idèntitas hic statuitur.

Regu-

IV Modus occupatorum.

5 Declaratio quarti modi per exempla.
6 Generalis ex adjunctorum definitione clausula, tum de quibusvis accidentibus, tum de qualitatibus. dichotomia in proprias & communes distinctis.

§ Sensus, Virtutes } sunt adjuncta § sensilium & rerum
§ Vitia & artes, § etia } illis propositarum.

5, Sic visus est adjunctum coloris; auditus soni, temperantia & intemperantia, voluptatis, &c.

6, Deniq; quicquid ulli subjecto extrinsecus accidit, adjunctum ejus est.

Omniq; qualitates subjectis præter causas adjunctæ: sive propriæ sint, quæ omni soli que subjecto semper conveniunt, ut homini risus: sive Communes, quæcunque non sunt eo modo propriæ.

Hoc genere argumenti Fannium Chæream Cicero pro Roscio Comædo cavillatur: Nonne ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, clamitare calliditatem videntur? Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum (si quam conjecturam affert homini tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur? qui idcirco capite & superciliis semper est rasis, ne pilum ullum viri boni habere dicatur. Sic Martial. 2. lib. Zoilum ludit:

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus:

Rem magnam prestas, Zoile, si bonus es.

Sic vestitus & comitatus res adjunctæ sunt: quo circumstantiæ genere Dido venatam proficiscens, magnificè 4 Æneid. depingitur.

Oceanum interea surgens aurora reliquit.

It portis jubare exorto delecta juvenus:

Retia rara, plagæ, lato venabula ferro:

Massyli quæruunt equites, & odora canum vis:

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi

Pænorum expectant: ostroque insignis & auro

Stat sonipes, ac frenæ ferox spumantia mandit.

Tandem progreditur magna stipante caterva,

Sidoniam picto chalamydem circumdata limbo,

Cui pharetra ex humero, crines nodantur in aurum.

Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

Est

Regula.

6, Posita specie simul ponuntur adjacentia & adjuncta; & rursus,

Destruata specie simul destruuntur adjacentia & adjuncta; sic é contra: Posita coacervatione adjacentium ponitur species; ut, in descriptione plantarum. In sanguine est humor ater, amarus, mordax, arrodens, exulcerans linguam & foetidus: Multum est igitur atræ ac adustæ bilis. Nam hæc sunt adjacentia atræ bilis adustæ. Metalla graua sunt: Ergo multa in eis terra est, quia terræ adjacens est gravitas.

Adjunctorum hæc sunt exempla.

Tutor est: Ergo debet reddere rationes administratæ tutelæ.

Episcopus est: Ergo timeat Deum, rectè intelligat Euangelium, &c.

Proprium est inclinatio aut quiddam adjacens, quod uni soli speciei, semper, & omnibus individuis ejus inest. Et significat quasi ornamentum & officium, quod sequitur constitutionem.

Regula.

Vt ab integra definitione & á differentia: ita etiam á proprio ducuntur Argumenta affirmativa & negativa: ut,

Hic lapis trahit ferrum: Ergo est Magnes.

Communiter accidentia.

Communiter accidentia differunt ab adjacentibus. Nam adjacentia sunt perpetua, & gignunt firmiores probationes, sed communiter accidentia, et si plerunque accidunt, tamen interdum impediuntur. Dicuntur igitur communiter accidentia, quia causa est, cur sæpius accidunt. Sed cum hæc causa deest, impediuntur: ut,

Navigatio est hyberna; Ergo erit difficilior.

CONNEXA SEU CIRCUMSTANTIAE.

Connexa seu circumstantiæ, sunt velut proprietates rebus annexæ, sine quibus illæ esse non possunt, ut Tempus, Locus, Auxilia, Eventus, & similes circumstantiæ.

I, Re-

6 Est admonitio ex subjecti & adjuncti affectione.

Est veró adjunctorum ad subjecta, quibus occupantur, usus item magnus.

Hoc argumento Plato miseram civitatem augurat, quæ medicorum & judicum multitudine indigent, quia multam quoque & intemperantiam & injustitiam in ea civitate versari necesse est. Sed consentaneorum Categoria sic est: unde quidvis alteri consentaneum, vel idem vel unum dici possit: omnesque modi unitatis, & ut ita dicam, identitatis huc sunt tanquam ad primos & simplices fontes referendi.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

Quis, præcipue est causa, vel subjectum, Quid effectum vel adjunctum ubi, Subjectus locus, quibus auxiliis, causa adjuvas, cur, finis, Quomodo, efficiendi modus vel adjunctum, Quando, adjunctum tempus. Ergo qui generales locos scrutatur, is & in has circumstantias, & in omnes alias declarationes incidit.

Antecedentia & consequentia non habent propriam affectionem, sed antecessionis & consecutionis consideratione, tum quadam consentaneorum, quorum alterum est altero natura prius, exempla, tum syllogismi connexi membra confunduntur.

1 Hinc, ut antè dictum, intelligitur, ea propriam affectionem non habere. Sunt autem antecedentia tum causa, vel subjecta, quæ sunt natura effectis, & adjunctis priora, tum antecedens propositionis connexæ membrum.

2 Necessitas & probabilitas pertinet ad axiomata, neque enim nova

1 Regula.

Posito corpore aut alia quacunque re, necesse est ei tempus attribui: ac loquor de tempore communiter: Remoto tempore universaliter, res ipsa remove- tur. Ut in negativis facile intelligi potest:

Pythagoras nondum natus fuit Numa tempore:

Non igitur fuit auditor Pythagoræ Numa.

2 Regula.

Posito corpore, aut alia quacunq; re finita, necesse est ei locum attribui, & quidem unum corpus seu una res finita non est simul in pluribus locis, & absentis membra nihil agunt in eo loco, unde absunt: ut,

Oportuit Christum nasci in Bethlehem, & quidem stante Politia Mosaica: Jam verò amplius 1400 annis jacent deleta Bethlehem & Politia Mosaica:

Ergo necesse est Christum multò antè apparuisse.

Verficulus de Circumstantiis:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando?

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

Ad Adjuncta porro referenda sunt hæc etiam.

Antecedentium & Consequentium quadam exempla: de quibus infra.

Quantitas, Qualitas, Passio, Quando, prædicamenta illa quatuor, etiam adjuncti exempla continent, quatenus sua substan- tia accidunt. Ideoq; accidentis nomine communiter appellantur.

Sexus, Mores, Vita, Genus, Ætas, ex locis personarum.

ANTECEDENTIA ET CONSEQUENTIA.

Quid sunt Antecedentia?

NON sunt propriè causæ, sed aut præparatio- nes rei, aut subjecta, aut signa: ut, Messem an- tecedit satio: curationem morbus: solis ortû aurora.

Quid sunt Consequentia?

Sunt, quæ comitantur rem, etsi non sunt propriè effectus, ut posterior dies, sequitur priorem: crucia- tus animi sequitur conscientiam scelerum.

Quotuplicia sunt?

2, Duplicia sunt: Alia necessarió seu semper ante- cedunt,

G

cedunt,

da argumenta necessaria vel falsa dici possunt. Attamen illa iudicialia distinctio ex argumentorum affectione pendet, ideoq; argumentorum affectiones & leges ad iudicii accuratorem diligenter cognosci & accommodari debent. Proprie ipsum axioma ex ejusmodi & aliis argumentis dicitur necessarium vel contingens, quod sic Syllogismi fundamentum & propositio fit. Consequentia autem boni Syllogismi semper necessario sequitur, sive contingentem sive necessariam questionem concludat.

3 Signa Ramo sunt adjuncta, seu adjunctorum exempla, ut nominatim etiam in adjunctis lib. 1, cap. 10, nominatur. Quanquam & effecta quaedam illo nomine confunduntur imò causæ subjectoque, ut vulgata exempla ostendunt.

4 Idem de hac, quod de antecedentium & consequentium divisione sentiendum. Necessitas enim & probabilitas sunt axiomaticæ affectiones: Inventio nuda argumenta seu predicabilia spectat, quæ quidem absq; dispositione nec verum nec falsum, ideoq; nec necessarium, nec contingens significant, teste Aristotele. Ergo iudicium illam distinctionem, sed ex argumentorum affectione meditabitur.

5 Intellige sic axiomata, ex argumentis exstructa, proprie distinguendi: quibus, quando sunt antecedentes Syllogismi partes, complexio affectione similis iudicatur, ut etiam ante dictum est.

6 Ut nudum argumentum, teste Aristotele, nec verum, nec falsum, ita nec absurdum dici potest. Ergo absurdum non est Ramo, argumenti genus, sed potius iudicium seu iudicii fructus, sicut impossibile, quod opponitur vero necessario. Absurdum est sententia seu questio, quam vel axiomatico, & intelligentiæ iudicio statim falsam & ineptam iudicamus, vel Syllogistico talem esse demonstramus.

cedunt, alia plerunque: sic & consequentia differunt.

Quæ est regula de antecedentibus?

Valet argumentum ab antecedente ad consequens seu necessario seu probabiliter: ut, Venit in aulam: Ergo incidet in pericula.

Quæ est regula de consequentibus?

Posito consequente valet argumentum, cum ostendimus præcessisse illud antecedens, quod semper præcedere solet: ut, Pervenit ad metam: Ergo iter fecit per priora spacia. Justificati fide pacem habemus: præcedunt igitur pavores in justificandis.

A S I G N I S.

3, Signum est quiddam incurrens in sensus, quod ratiocinantem commonefacit de alia re, quæ conjuncta est illi signo, ut Pallor perpetuus, est signum malæ concoctionis in juvenili corpore.

4, Signa sunt duplicia: alia dicuntur necessaria, quæ sunt causæ vel effectus rei significatæ, vel perpetuo conjunctæ, cum causis aut effectibus: ut, Lucescere est necessarium signum exortu Solis, Græcè *τεμῆρια* vocantur. Alia non necessaria, quæ communiter accidentia vocamus: ut, Pallor est signum non necessarium amoris. Græci *εικόνα* appellant.

Regula.

5, A signis necessariis valet consequentia perpetuo. Sed a signis non necessariis plerunque valet, præsertim cum multa concurrunt, sed tamen interdum fallunt.

Exempl. a signis necessariis: Nullus motus in arteriis percipitur; Ergo cordis vis prostrata est.

Ex signis non necessariis: Boreæ spirant: Ergo erit serenitas. Stellarum positus denūciat humidam tempestatem: Ergo pluet.

6, D E A B S U R D O.

Quotuplex est Absurdum? Duplex.

Quomodo? Aliud est in Philosophia, aliud in doctrina Ecclesiæ.

G 2 Quod

judic
argu-
enter
ejus-
quod
ntem
sive

et no-
uam
jecto-

divi-
matis
t, qua
necef-
cum
ntur.

istin-
mple-

c fal-
amo,
t im-
entia
atim
mon-

Est

7 Est admonitio ex iudicii doctrina de voluntate post intelligentiam regenda, ut si ex veri & contra falsi definitione sic colligam, verum recipiendum, falsum autem rejiciendum esse, itemque falsas esse sententias, e quibus falsum sequatur.

8 Similis admonitio nominatim ad res morales & Theologicas accommodata: qualis etiam in Physicis & aliis locum habeat. Itaque utilis quidem est admonitio, sed non legitima artis Logicæ doctrina.

9 Alia admonitio de modo absurditatis vitanda, ex Synecdochis præcipue definitione deducta.

10 Est propriè iudicium, scilicet axiomatis necessarii alterius generis. Ergo non locus Dialecticus: neque enim nondum dispositæ rationes, quales Inventio considerat, veræ, aut falsæ dici possunt, ut antea aliquoties dictum. Hic autem videtur necessarium axiomaticum cum Syllogistica necessaria consequentia confundi. Sed necessarium axioma est, quod per se est, & intelligitur necessarium, sive etiam Syllogismo concludatur sive non. Consequentia autem, in Syllogismo necessaria est, quæ ita legitima forma necessario efficitur, etiam si axioma etiam non necessarium & contingens concludatur. Nam consequentia affectio talis iudicatur, quales sunt antecedentes partes. Unde in scholis ortum est Syllogismi demonstrativi & Dialectici discrimen.

11 Impossibile similiter iudicii axiomati scilicet falsi, genus est, non argumentum. Vide Dial. 2. cap. 3.

CAP.

Quod est absurdum in Philosophia?

7, Absurda rejicienda sunt, & hypotheses falsas esse necesse est, ex quibus absurda sequuntur: ut, ex Epicuri dogmate de voluptate, sequitur absurdum, videlicet, concedi voluptates: Ergo dogma Epicuri est falsum.

Quod est absurdum in doctrina Ecclesiae?

Quod pugnat cum testimoniis divinis non malé detortis.

Quot sunt regulae de absurdis in doctrina Ecclesiae?

Duae.

Quae est Prima?

8, Vitanda est absurditas, i. sententia pugnans cum perspicuis praeceptis moralibus aut articulis fidei; ut, Christus ait: Si oculus tuus offendet te, effodias eum, Ergo praecipit lacerationem corporis, (hic est absurditas: quia consequentia pugnat cum lege divina, non occides: Igitur decurrendum est ad figuram, & quaerenda concinna interpretatio, videlicet, abjicias dulcia, quae abducunt a Deo.)

Quae est Secunda?

9, Generalia dicta vitandae absurditatis causa restringenda sunt, ut cum dicitur: Non vindicantes vos ipsi; vindictae prohibitio ad privatam restringenda est.

10, DE NECESSARIO.

Quid est Necessarium?

Est quod aliter se habere non potest.

Dic regulam de Necessario?

Cognita necessitate in artibus & consiliis, sublata dubitatione, mens assentiatur & obtemperet necessariis: ut, Bis quatuor sunt: Ergo octo esse necesse est. Pater est: Ergo necesse est, ut alat sobolem.

11, AB IMPOSSIBILI.

Quid est Impossibile?

Est quod repugnat ei, quod esse aut fieri potest.

Quid sequitur?

I A R G U M E N T U M primum consentaneum expositum est, dissentaneum sequitur, quod á re dissentit.

Da communem dissentaneorum legem?

2, Sunt autem Dissentanea inter se æquè manifesta, alterumq; ab altero æqualiter arguitur: tamen si sua dissensione clariùs elucescant.

Quomodo dividuntur?

3, Dissentanea sunt diversa, vel opposita.

Quæ sunt diversa?

4, Diversa sunt Dissentanea, quæ sola ratione dissentiant.

5, Quo de genere sunt illa frequentissima, Non hoc, Sed illud: Quanquam, Tamen. pro Pompejo, Non victoriam, sed insignia victoriæ reportarunt. Ovid. 2 de Arte:

*Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses. 2 Æneid.
Hic Priamus, quanquam in media jam morte tenetur,
Non tamen abstinuit —*

Pauló secus in Eunucho:

*Nam si ego digna hac contumelia
Sum maximè: at tu indignus, qui faceres tamen.*

Item illa aliusmodi. Pro Ligar. Scelus tu illud vocas Tubero? Cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit. Alii enim errorem appellant, alii timorem: qui duriùs, spem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui gravissimè, temeritatem: scelus, præter te adhuc nemo.

C A P. X I I I. D E D I S P A R A T I S.

Quæ Opposita?

I O P P O S I T A sunt Dissentanea, quæ ratione & re dissentiant.

Da oppositorum legem?

2, Itaque eidem attribui secundum idem, & ad idem, & eodem tempore non possunt. Sic Socrates albus & ater, non potest eadem parte esse: pater & filius ejusdem;

1 Transitio,
& sic definitio á genere intellecto, & effectivis forma.

2 Maxima seu lex omnium dissent. communis, ideoque ex lege catholica, cum genere enunciata.

3 Dichotomia generum.

4 Definitio á genere & forma.

5 Illustratio affectionis per notas ejus vim significantes, & sic usus per exempla axiomatice, neq; enim pro tertio argumento in Syllogismo hoc genus adhiberi potest.

1 Alterum dissent. genus Opposita, quæ definiuntur genere, & duplici dissensione.

2 Maxima seu lex communis tribus notis distincta, quæ ipsa sic eidem, non idem ipsis attribui posse negat.

Que est regula de Impossibili?

Cognita impossibilitate in artibus aut consiliis, re-
jicienda sunt impossibilia, sublata omni dubitatione.

*Impossibile est Phaethonti regere Solis currum,
Ergo tantæ rei conatus omittendus est.*

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

*1 Non sic à superioribus generibus, explicatio ab aliis continua-
tur, ut initio ad argumenti divisionem dictum est.*

*4 De diversis ita Phil. M. nihil, nisi ea dissimilibus, ut alias etiã
Ramus complectatur. Attamen libro 4 in appendice de distinctio-
num nominibus: Distinctio rationis hujus argumenti vim aliquo
modo representat. Ramus autem omnia dissentanea distinctio-
um & differentiarum simplicium instrumenta facit. Itaq; cum ea di-
viduntur, etiam distinctiones dividuntur.*

*1 Nec hoc medium genus (opposita) est in Philip. sed simpliciter
duo proxima, nempe, Pugnancia (quæ Ramo Contraria) & Dis-
parata, absq; genere enumerantur.*

DE DISPARATIS.

*1, Disparata vocantur, duæ species diversæ, quæ eti-
am si non habent cõtrariam inter se actionem, tamen
in unam rem confundi non possunt: ut, Homo, & asi-
nus, albedo & scientia.*

Regula.

*2, Posita una specie, removentur omnes dispara-
tæ: ut,*

G 4

Scientia

*1 Descriptio
paulò angustior
est.*

*2 Maxima ex
communi oppo-
sitorum lege.*

3 Consequens legis, unde enunciandi modus intelligitur.

4 Dichotomia generum.

1 Definitio á genere & forma multorum pari oppositione.

2 Exempla nuda primo mediórum, deinde qualiumcunque, aliorum.

3 Usus expressus uno syllogismo demonstratur.

Aut dea est, aut homo: at nō homo, ergo dea.

1 Def. á genere & forma, in duorum tantum oppositione.

2 Dichotomia ex simplicium rerum natura, & sic vocum significatione.

3 Def. á forma.

4 Dichotomia specierum.

5 Def. á genere & forma in mutua essentia affectione, in qua & ratio nominis ostenditur.

6 Lex dissentaneorum comunis, cur hic locum habeat.

7 Usus in consentaneis exemplis dispositis demonstratur, quae sunt partim axiomata partim Enthymemata.

eiusdem: sanus & æger eodem tempore. At albus esse potest alia parte, & ater alia: pater huius, filius illius: sanus hodie, cras æger. 3, Itaque ex altero affirmato, alterum negatur, & contrá.

4, Quotuplicia sunt?

Opposita sunt disparata, aut contraria.

1, Quae Disparata?

Disparata sunt opposita, quorum unum multis pariter opponitur, ut 2 viride, cineraceū, rubrum, media sunt, inter album & nigrum: quæ singula extremis, & inter se disparata sunt. Sic liberalitas & avaritia, inter se disparantur. Sic homo, arbor, lapis, & ejusmodi res infinitæ disparantur, nec eadem res potest esse homo, arbor, lapis. 3 Virg. 1 Æn. hoc argumento disputat:

O quam te memorem virgo? namq; haud tibi vultus Mortalis; nec vox hominem sonat. ô dea certé.

CAP. XIII. DE RELATIS.

1, Quae contraria?

CONTRARIA sunt opposita, quorum unum uni tantum opponitur.

2, Quotuplicia sunt?

Suntque affirmantia aut negantia.

3, Quae affirmantia?

Affirmantia, quorum utrumq; affirmat.

4, Quotuplicia sunt?

Relata & Adversa.

5, Quae sunt Relata?

Relata sunt contraria affirmantia, quorum alterum constat é mutua alterius affectione, atque inde nominata sunt relata: ut, Pater est, qui filium habet, & filius qui patrem habet; 6 & ob hanc mutuam relationis causam, relata dicuntur simul esse natura, ut qui alterum perfecté norit, norit & reliquum. 7 Cic. pro Marc. Ex quo profectó intelligis, quanta in dato beneficio sit laus, cum in accepto sit tanta gloria. Marcial. in Sossibianum lib. 1.

Tum

Scientia est qualitas mentis,
Ergo non est magnitudo, vel figura.
Pannus est viridis,
Ergo non est cineraceus.

3, Exceptio est de filio Dei, qui est & verus Deus, & verus homo.

LOCUS A PUGNANTIBUS.

FR. BEURHUSII NOTAE COLL.

1 (Philippo contraria dicuntur Pugnancia, sed non definiuntur.)

2, Pugnancia sunt quadruplicia: Contraria, Privativè opposita, Relativè opposita, Contradictoria.

3, Relativè opposita sunt relativum & correlativum, ut in Prædicamentis dictum: ut, Pater, filius; Dominus, servus: Emptio, Venditio.

Regula.

4, Posito relativo, necesse est poni correlativum, sed in alio subjecto, & è contra, & destructo uno, destruitur alterum. Horum enim tanta connexio est, ut alterum sine altero nec esse possit, nec intelligi: ut, Pater est, Ergo filium habet.

Paulus ad Rom. 4, juxta hunc locum connectit, promissionem & fidem.

Necesse est promittenti remissionem credere sicut promissa est:

Reconciliatio autem propter filium promissa est, non propter dignitatem nostram:

Necesse est igitur sic eam fide intuente mediatorem accipi.

5, Quam necessaria consolatio sit in hoc argumento proposita, in vera pœnitentia, & veris doloribus magis intelligi potest, imò ne hoc quidem otiosæ mentes attendunt, qualis sit connexio promissionis & fidei, sed cum mens perterrefacta ængitur de voluntate Dei, & quærit vocem aliquam divinam, in qua promittitur remissio, & audita ea voce paulatim erigitur: ibi agnoscit fidem relativè se habere ad promissionem.

Enthymemata
ab affirmato
uno disparato.

3 Cantio de personâ
singulari.

2 Divisio in 4
species: qua Ramus
affirmationis & negationis
differentias distinguit.

3 Descriptio,
vide prædicamenta.

4 Maxima ex
definitione Relatorum tum
ex communi oppositorum lege.
Nam sic & ut consentanea, &
ut dissentanea usurpantur.

5 Admonitio
Theologica de proposito exemplo.

FR.

*Tum seruum scis te genitum, blandeq; fateris,
Cúm dicis dominum, Sosibiane, patrem.*

Sic apud Quintil. lib 5, cap. 10: Si portorium Rhodiis locare honestum est, & Hermacreonti conducere. Quomodo & in Oratore perfecto Tullius: Num igitur est periculum (ait) ne quis putet in magna arte, & gloriosa, turpe esse docere alios id, quod ipsi fuerit honestum discere?

8 Peculiatus
accommodatio
indicatur.
9 Alia.

8, Studium veró quoddam suum, Cicero é relatis illis in Oratore prodidit Jam illa (inquit) matura: vxor generi: noverca filii, filia pellex.

9, Quod idem in ferreae ætatis descriptione, Ovid. apertius affectavit i Metamorph.

— non hospes ab hospite tutus,

Non socer á genero: fratrum quoq; gratia rara est.

Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:

Lurida terribiles miscent aconita novercæ:

Filius ante diem patrios inquirat in annos.

10 Secundo usus
dissentaneus
á consentaneo
distinguitur.

10, Atqui argumētum talis relationis, contrarium nihil habet, imó arguit mutuas causas: ut, Sum tuus pater, tu es igitur meus filius. At cúm dico: Sum tuus pater, non igitur sum tuus filius, tum contraria veré sunt.

CAP. XV. DE ADVERSA.

1, Quæ sunt adversa?

1 Definitio á
genere & forma
in duabus infes-
tissimis reb. seu
naturis & qua-
litatibus, usus
partim nudis,
partim disposi-
tis exemplis
ostenditur.

ADVERSA sunt contraria affirmátia, quæ inter se velut é regione perpetuó adversantur, Æn. 1,
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Sic albor & nigror; calidum & frigidum; virtus & vitium opponuntur. Parad. 1 contra Epicureos:

Illud tamen arcté tenent accurateq; defendunt, voluptatem esse summum bonum, quæ quidem mihi vox pecudum videtur, non hominum. Tu cúm tibi si-ve Deus, si-ve mater, ut ita dicam, rerum omnium natura dederit animum, quo nihil est præstantius neq; divinius, sic te ipse abicies ac prosternes, ut nihil inter te, atq; inter quadrupedem interesse putes?

Pecudem & hominem adversa Cic. opposuit: Vo-
luptas,

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

Ut in tota Logica, ita & in Relatis hic auctor, & alii pleriq; omnia ferè ad Syllogisticum usum referunt. Ramus verò, ut varium etiam per axiomata usum, ita & Syllogismorum tractationem exemplis demonstrat. Nec ille Relatorum usus consentaneus & dissentaneus, ita ab aliis distinguitur.

Quæ sunt Contraria?

1, Contraria sunt duæ qualitates, inter se oppositæ, quarum una pellit alteram: aut quarum una posita in gradibus excellentibus, altera in eodem subjecto simul non ponitur: ut, Virtus vitium: calor frigus.

2, Contraria sunt duplicia, Immediata, ut, Siccitas, humiditas: Mediata, ut, Albedo, nigredo; sunt enim medii colores, viridis, cælureus, &c.

1 Regula.

3, Duæ qualitates graduum excellentium nõ sunt simul in eodem subjecto: ut, Aqua valde calefacta, non est frigida.

2 Regula.

Omnia pugnancia opponuntur, juxta differentias, quibus dissident, non juxta genus, aut communia accidentia: ut, Albedo est color: Ergo nigredo non est color, non sequitur.

3 Regula.

In omni oppositione vitanda est ambiguitas: Nam vera oppositio intelligitur de eodem tempore, subjecto, respectu ejusdem: Ut non valet, Æthiops est albus dentibus, & niger facie: Ergo est albus, & niger.

4 Re-

1 Descriptio paulò tum angustior de qualitatib. tantum, tum inaequalius enuntiata de expulsiõne, quæ omnium oppositorum communis, à Ramo generali lege sancita est.

1 Divisio quæ Ramo est admonitio in disparatis.

3 Maxima ex communi oppositorum lege.

2 Max. ex eadẽ lege. Nam idem potest oppositis attribui, non ipsa eidem.

3 Max. ex eadẽ lege, quæ ideo tribus notis supra est distincta.

luptas, pecudis bonum est, non igitur hominis. Sic libertas & servitus apud Tibull. 2 lib.

*Sic mihi servitium video dominamq; paratam;
Tu mihi libertas illa paterna vale.*

Pro Marc. Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.

CAP. XVI. DE CONTRADICENTIBUS.

Quae sunt Contraria negantia?

I, Contraria negantia sunt: quorum alterum ait, alterum negat idem.

Quotuplicia sunt?

Eaque sunt Contradicentia, aut Privantia.

Quae Contradicentia?

Contradicentia sunt contraria negantia, quorum alterum negat ubique: ut, Justus, non justus. Est) (non est, sunt Contradicentia.

Sic in defensione Murenæ contradicitur sententiis Catonis & Ciceronis, illius Stoici, hujus Academici. Dialogus est his verbis. Nihil ignoveris: imò aliquid, non omnia. Nihil gratiae causa feceris: imò ne resistito gratiae, cum officium & fides postulabit. Misericordia commotus ne sis, etiam in dissolvenda severitate: sed tamen est aliqua laus humanitatis. In sententia permaneto: enim verò nisi sententia alia vicerit melior. Martial. lib. 1,

Bella es, no vimus; & puella, verum est:

Et dives, quis enim potest negare?

Sed dum te nimium, Fabulla, laudas;

Nec dives, neq; bella, nec puella es.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

I A contrario sensu nihil aliud est, quam contradictio, seu contradicentium partium contrariae attributiones: quae per se communi contradicentium Logica intelliguntur, si modo discrimen necessarii, & contingentis hic diligenter observetur.

CAP.

I Defin. à genere intellecto, &c.

4 Regula.

Posita una qualitate in gradibus excellentibus, removetur contraria qualitas: sed non contrariis mediatis.

Paries est niger: Ergo non est albus.

Sed ita: *Vestis non est alba: Ergo est nigra*, non sequitur.

Contradictio est, cum duæ Propositiones categoricæ contradictoriæ, i. quarum altera est affirmativa, altera negativa, opponuntur. *Sol movetur*) (*Sol non movetur*).

Regula.

1, Impossibile est duas contradictorias, simul esse veras aut falsas: quare una parte contradictionis recepta, necesse est alteram rejici: Hæc est regula divini & humani iudicii æterna & immota. Quare prudenter cavendum est, ne adsentiamur contradictoriis. Nam pariter recipere contradictoria, est ordinem mētis divinæ turbare, & totam universitatem rerum confundere & evertere.

1 Forma per Contrapositionem.

Hic recitetur & utilis forma argumentandi per Contrapositionem. Cum videlicet ex universali affirmativa, ducimus per conversionem consequens negativum à genere ad speciem: ut,

Omnis homo est animal:

Ergo quidquid non est animal, non est homo.

Ioan. 8, *Omnis qui est ex Deo, verba Dei audit:*

Ergo omnis non audiens, non est ex Deo.

1, A CONTRARIO SENSU.

Sic vocatur usitativè forma argumentorum, cum subjecto & prædicato adduntur negationes, in altera positione, etiam si non fiat conversio: & valet consequentia, cum subjectum & prædicatum sunt paria: ut,

Omnis agens penitentiam, & credens sibi remitti peccata, propter filium Dei, recipitur à Deo:

Ergo omnis non agens penitentiam, & non credens, non recipitur.

Valet igitur hæc forma, cum prædicatum est definitio,

1 Hoc ad iudicium axiomaticum pertinet, at verò contradictio generalis aliquando utramq; partem falsam habet.

1 Contrapositio est similiter contradictio, per inversionem eorum formata, que sunt essentialia vel reciproca habent. Si igitur hic etiam discrimen contingentium & necessariorum observetur, nihil errabitur.

Que Privantia?

1 Definitio á genere & forma, ad certum rerum genus adstricta.

2 Illustratio á nominibus.

3 Exempla ordine nuda, sed statim eorum usus dispositis, & feré Enthymematis declaratur.

4 Conclusio dissentaneorum á proprio effectu in differentiis arguendis.

1 Transitio.

2 Definitio.

3 Lex seu maxima triplex de triplici comparatorum proprietate seu privilegio.

P R I V A N T I A sunt contraria negantia, quorum alterum negat in eo tantum subjecto, in quo affirmatum suapte natura inest.

2, Atque hic affirmatum dicitur habitus, negatum autem privatio.

3, Sic motus & quies. sic ebrius & sobrius, Mart. 3, *Ebrius es: nec enim faceres hæc sobrius unquam.*

Sic cæcum esse, & videre. Pro Cælio: Existat igitur ex hac familia aliquis, ac potissimum cæcus ille: minimum enim dolorem capiet, qui istam non videbit. Sic pauper & dives opponuntur, apud Martial. lib. 5:

Semper eris pauper, si pauper es, Æmiliane:

Dantur opes nullis nunc nisi divitibus.

Talia sunt mors & vita in Miloniana: Hujus mortis sedetis ultores, cujus vitam, si putetis per vos restitui posse, nolitis?

Item facere & loqui, i Catil. Quid expectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicias? Pro Marcello: Doleo cum Respubl. immortalis esse debeat, eam in unius mortalis anima consistere.

4, Sed dissentaneorum categoria sic est, unde quidvis ab altero differre quolibet modo possit.

CAP. XVIII. DE PARIBUS.

Quid deinceps sequitur?

A R G U M E N T A simplicia ita fuerunt in consentaneis & dissentaneis.

2, Comparata sunt, quæ inter se comparantur.

3, Quæ tametsi ipsa comparationis natura æquè nota sint: attamen alterum altero alicui notius & illustrius esse potest. Sæpeque notis brevius indicantur, aliquando partibus plenius distinguuntur, quæ Propositio, Redditioque nominantur.

Atque omninó comparata etiam ficta arguunt, fidemque faciunt.

4, Com-

finis, aut proprium, aut cum causis proprii effectus atque unum, aut contra. Sed cum predicatum est genus, utendum est forma, per contrapositionem, ut supra dictum.

Sed cum predicatum est accidens commune, nec a contrario sensu, nec per contrapositionem valet consequentia: ut, nihil coheret, cum dicis: Amicus est mutabilis: Ergo non amicus, non est mutabilis.

Quid sunt privative Opposita?

1, Privative opposita sunt habitus & privatio. Habitus est res, quae vere aliquid est positivae: cujus amissio, & destructio est privatio: ut, visus, caecitas.

Regula

2, In gradibus excellentibus detracto habitu, necesse est subjecto tribui privationem, & contra: ut,

3, Si furiosus est, non utitur ratione,

4, Aetas pueri nondum judicat: Ergo non facit votum.

FR. BEURHUSII NOTAE COLL.

(De hoc fructu ita Phil. & alii nihil, multa passim de differentiis, sed minus legitime sparguntur. Ramus nominatim in loco formae monet, eam efficere differentiam essentialem, sed hic addit per dissensionem seu antithesin, tum illam, tum quamlibet aliam ex aliis etiam argumentis, differentiam elucere, judicari & distingui.)

SIMILIA VEL PARIA.

1, Postquam explicata est rei propositae definitio, monstratae causae, effectus, connexa, adjacentia & adjuncta: deinde ingredimur locos, qui longius quaerunt argumenta, videlicet, ex collatione aliarum rerum, similium aut pugnantium. Ideo hi loci dicuntur exteriores, &c.

(Infr)

1 Descriptio ab utriusque affectio nibus quae definiuntur.

2 Maxima.

3 Axioma connexum.

4 Enthymema potius a negata causae, ad negandum effectum. Quamquam & sic privatio re-ctae subest.

1 Transitio paulo aliter etiam alia quadam argumenta complexa. Comparatio generatim in usu & Cicerone est parium majorum, minorum, similium & dissimilium: non autem pugnantium.

4 Dichotomia
 ē subjectis.
 5 Definitio quā-
 titatis Logica
 & ejusdem di-
 visio.
 6 Definitio pa-
 rium illustrata
 consecratio de
 affectionis reci-
 procatione.
 7 Inductio ex-
 emplorum ad
 secundum &
 tertium privi-
 legium distin-
 cta.
 Plena & rela-
 ta forma.

4, Comparatio est in Quantitate vel Qualitate.
 5, Quantitas est, qua res comparatæ quantæ di-
 cuntur. Estque parium vel imparium.

6, Paria sunt, quorum est una quantitas.
 Argumentum igitur paris est, cum par explicatur
 à pari.

7, Ejusque notæ sunt, Par, Æquale, Æquare: Idem
 Quod: Tam Quam: Tanto Quanto: Tot Quot: &
 non magis, non minus.

Virg. 3 Æn. 3 Par levibus ventis. Item 3 Æneid.

Et nunc equali tecum pubesceret ævo. Æneid. 6,

En hujus nate auspiciis, illa inclyta Roma

Imperium terris, animos equabit olympo.

Propositio deinde redditioq; distinguuntur. 4 Ca-
 til. Cujus res gestæ atque virtutes, iisdem quibus So-
 liscursus, regionibus ac terminis continentur. Æn. 4,

Tam ficti praviq; tenax, quàm nuncia veri. Catul.

Tantò pessimus omnium Poeta,

Quantò tu optimus omnium patronus.

Ovid 4 Trist.

Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores,

Quotq; soporiferum grana papa ver habet:

Silva feras quot alit, quot piscibus vnda natatur,

Quot tenerum pennis aera pulsat avis:

Tot premor ad versis; quæ si comprehendere coner,

Icaria numerum dicere coner aque.

9, Philipp.

Neque enim ille magis Jurisconsultus, quàm ju-
 stitiæ fuit: itaque quæ proficiscebantur à legibus & à
 jure civili, semper ad facilitatem æquitatemque re-
 ferebat: neque constituere litium actiones malebat,
 quàm controversias tollere. Ovid. 2 de Arte:

Non minor est virtus, quàm querere, parta tueri.

Pro Mur. Paria cognosco esse ista in L. Muræna,
 atque ita paria, ut neque ipse dignitate vinci potuerit,
 neque te dignitate superarit. 2, Philipp. Quorum
 facinus commune, cur non eorum præda communis?

Terent. in Adelph.

Quando ego non curo tuum, ne cura meum.

Hujus

(Infrà de similibus, quæ hic ordine in Phil.
sequuntur.)

(De generali comparatorum tum definitione, tum triplicis pro-
prietatis explicatione, hic auctor nihil.)

4 Nihil de illa comparationis dichotomia hic auctor: cum simi-
lia, Paria, Majora, & Minora in locorum catalogo enumerentur,
nec generis communione illustrentur.

5 Nec quicquam de illa Quantitatis definitione omnino Logica
& generali: nam Quantitatis Categoria longè inferior est, & hujus
Logice exemplum aliquod rudius & notius.

6 Paria sunt duo facta specierum vicinarum, sub
eodem genere, quorum eadem est ratio, nec mul-
tum antecellit alterum alteri.

6 Descriptio
angustior contra
legem καθόλου

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

7 (De illo illustri, parium aut aliorum comparatorum per notas
usu Phil. nihil. Consistit autem ille ferè in axiomatice seu proposi-
tionis dispositione, in varia rerum explicatione & illustratione.)

Intellige illas comparatorum notas, non dispositionis
formam docere, sed argumentorum affectionem illustra-
re. Disposita tamen exempla, ut passim in Inventione, hic
etiam collocantur. quorum ratio & artificium è secundo
libro petendum est.

Infrà sequuntur
auctoris exempla
ubi Rameis res-
pondeant.

(Sequuntur exempla D Philp.)

David in casu necessitatis piè usus est panibus sa-
cerdotum, Ergo & Machabæus piè in casu necessitatis
sabbato præliatus est.

Valer consequentia: quia in utroq; exemplo Cere-
monia prælata est necessitas & lex moralis.

Aliud.

Raptorem deprehensum patri sine iudicio interfi-
cere licet: Ergo Mars rectè fecit interficiens Neptuni
filium Halirothoum, vi stuprantem filiam Alcippen.

H

A M A-

Hujus veró loci sunt confectaria illa, é contrariis quidem orta, sed partium collatione tractata: ut Martialis illud:

*Tum seruum scis te genitum, blandeq; fateris
Cúm dicis dominũ, Sosibiane, patrem. Ovid. 1 Fast.
In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias; pauper ubiq; jacet.*

Ex adversis sunt frequentiora. Cic. pro Sylla: Neq; veró quid mihi irascere, intelligere possum. si, quód eum defendo, quem tu accusas, cur tibi quoque ipse non succenseo, qui accuses eum, quem ego defendo? Inimicum, inquis, accuso meum: & amicum (inquã) ego defendo meum. Sic; Tusc. Quod cúm fateantur satis magnam vim esse in vitis ad miseram vitam, nonne fatendum est, eandem vim in virtute esse ad beatam vitam? Contraria enim contrariorũ sunt consequentia. Sic interdum laceffiti, par pari reponimus, qualis est Ecl. 3 apud Virgilium contentio pastorum: Damoetæ, primó hoc ænigma proponentis:

*Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo)
Tres pateat celi spatium, non amplius ulnas.
Et Menalcæ alterum ænigma reponentis,
Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.*

Paria veró ficta sunt illa apud Æschinem Socraticum, quibus demonstrat Socrates cum Xenophontis uxore, & cum Xenophonte ipso Aspasiã locutam: Dic mihi quæso Xenophontis vxor, si vicina tua melius habeat aurum quã tu habes, utrum illius, an tuum malis? Illius inquit. Et si vestem, & cæterum ornamentum muliebri pretii majoris habeat, quã tu habes, tuãne an illius malis? Illius veró respondit. Age veró, si virum illa meliorem habeat, quã tu habes, an illius malis? Hic mulier erubuit. Aspasia autem cum ipso Xenophonte sermonem instituit. Quæso, inquit, si vicinus tuus meliorem equum habeat, quã tuus est, tuum ne equum malis an illius? Illius inquit. Quod si meliorem fundum habeat, quã tu habes, utrum tandem illius malis? Illius inquit,

quit, meliorem scilicet. Quod si uxorem habeat meliorem, quam tu habes, utrum illius malis? Atque hinc Xenophon quoque ipse tacuit.

CAP. XIX. DE MAJORIBUS.

1 Definitio á genere intelle-
cto & forma.
3 Definitio.

I.
4 Vera exēpla & primó cum notis feré relatis in axiomática feré dispositione.

5 Annotatio de peculiari exem-
plo.

6 Secundó com-
munis sine notis
forma, syllogi-
smis accommo-
datior.

IMPARIA sunt, quorum quantitas non est una.

2 Impar est majus aut minus.

3 Majus est cujus quantitas excedit.

4 Propriæ notæ sunt hujus rationis: Non solúm, sed etiam: Malo hoc, quam illud: Plus, quam: Item per comparationem Grammaticam:

Cicero pro Muræna.

Tollitur é medio —

Non solúm ista verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam illa domina rerum

— sapientia, igitur res:

Spernitur orator —

non solúm odiosus in dicendo, aut loquax, verúm etiam

— bonus: horridus miles amatur.

5 Hinc sumitur Logica quædam gradatio climaci Rhetorico interdum conjuncta. Pro Milone: Neque veró se populo solúm, sed etiam senatui tradidit: neq; senatui modó, sed etiam publicis prædiis & armis: neq; hiantúm, verúm etiam ejus potestati, cui senatus totam Remp. omnem Italiæ pubem, cuncta populi Romani arma commiserat. Juvenal. Satyr. 8, adversus gloriosum nobilem:

*Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Æacide similis, Vulcaniaq; arma capeffas,
Quám te Thersitæ similem producat Achilles.*

Pro Marc.

Plus admirationis habitura quam gloriæ.

Æneid. 1,

*O socii (neq; enim ignari sumus anté-malorum)
O passi graviora, dabit Deus his quoq; finem.*

6 Cicero pro Muræ.

Noli tam esse injustus, ut cùm tui fontes vel in-
imicis

A^o MAJORE.

SÆPE conferuntur vicina: quorum tamen gra-
dus aliqui sunt: de his duæ regulæ traduntur: vi-
de infra.

F. BEUR. NOTÆ COLL.

^{2,3,4} D. Phil. Nihil de imparium divisione, Majoris definitio-
ne, & illustri illo per nitas usu tradit, sed tantum, ut passim, ad
nudum Syllogisticum usum, contra legem καθόλου adstringit.

Textus Phil.

1. Admonitio
descriptionem
quandam im-
parium conti-
nens.

Ex illis regulis
una ad majora,
altera ad mine-
ra pertinet.

H 3 5 I R E-

M

II corpus rectoris in feruntur...

III corpus animo, quicquid...

Adque

inamicis tuis pateant, nostros rivulos etiam amicis putres clausos esse oportere.

7 Annotatio.

7 Hinc illa gradatio est sine climace Rhetorico apud Terentium:

Thr. Magnas verò agere gratias Thais mihi? Gn. Ingentes. Thr. Ain' tu?

Leta est? Gn. Non tam ipso quidem Dono, quam abste datum esse: id verò serio Triumphat.

II.
8 Exempla ficta.

8 Ficta verò majora etiam plurimùm valent. Terent. Heaut.

— Satrapes si fiet

Amator, nunquam sufferre ejus sumptus queat,
Nedum tu possis. 5 Æneid.

Magnanime Ænea, non si mihi Jupiter auctor
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere celo:
Mutatit transversa fremunt, & vespere ab atro
Consurgunt venti, atq; in nubem cogitur aer:
Nec nos obniti contra, nec tendere tantum
Sufficiemus. —

CAP. XX. DE MINORIBUS.

1 Definitio à genere intellecto & forma.

1.

2 Exempla vera & quidem cum notis plurib. re- latis, pauciori- bus simplicibus.

1 **M**INUS est cujus quantitas exceditur. 2 **M**inus autem sæpe indicatur propriis notis: ut, non solum, sed ne: potius hoc quam illud: cum, tum. Item per Grammaticam comparisonem, denique per negationem parium. Cic. 2 Catil. Nemo, nō modo Romæ, sed ne ullo in angulo toti⁹ Italiae oppressus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris fœdus asciverit. 1 Catil. Ut exul potius tentare, quam consul vexare rempubl. possis. 2 Agrar. Quæ cum omnibus est difficilis & magna ratio, tum verò mihi præter cæteros. Ovid. 3 Trist.

Sevior es tristi Busiride, sevior illo,
Qui falsum lento torruit igne bovem.

Ovid. 1 Remed.

Ut corpus redimas ferrum patieris & ignes,
Arida nec sitiens ora levabis aqua:

Ut valeas animo, quicquam tolerare negabis?
At pretium pars hæc corpore majus habet.

Atque

6 I REGULA, DE MAJORIBUS.

A Majore tantum negativè valet consequentia,
juxta regulam:

Si non inest, quod magis inesse videtur, nec illud,
quod minus: ut,

Rex non poterit expugnare arcem:

Ergo multo minus aliquis inferior præses.

Aliud.

Juxta Senatusconsultum Macedonianum pater
non tenetur solvere pecuniam, mutuò datam filiofa-
miliæ sine mandato: Ergo multo minus tenetur sol-
vere pecuniam, quàm filius nudo pacto alteri pro-
misit.

F. BEUR. NOTÆ COLL.

*Majora & minora propter diversa exempla, mirè à Dialecticis
torquentur: quæ res etiam Ramus aliquando non nihil exagita-
vit. Alii à majore tantum negativè concludi, alii affirmatè, & con-
tra à minore censent: Sed usus utroq; modo ex utroq; concludi do-
cet. Itaq; & Ramus sua in quadam editione ad alterum modum
adstricta axiomata laxavit tandem, ut ab exemplis utroq; modus
colligeretur, judiciumq; in inventionem non institueretur.*

A MINORE.

COLLATIO.

1, 2 Nec minoris definitio, nec varius per axiomata, ut nec syl-
logismorum tractatorum usus à D. Phil. traditur, sed tantum nu-
da argumentationis regula infra ponitur.

*Textus Phil.
Sed & affirma-
tè sic: Graviora
passi sumus:
Ergo, &c.*

*Textus Phil. hic
continuaretur,
sed definitio &
cetera plerumq;
desunt, usq; ad
exempla syllo-
gistica quæ pau-
lo post sequun-
tur.*

H 4 II RE-

Atq; hujus ejusdem speciei sunt hæ formulæ, quæ sunt negatione parium. Philip. 9.

Omnes ex omni ætate, qui in hac civitate intelligentiam juris habuerunt, si unum in locum conferantur, cū Servio Sulpicio non sunt conferendi Cat. 3, Quanquam illi, qui Catilinam Massiliam ire dictitant, non tam hæc queruntur, quàm verentur.

Pro Mur. Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas, tam varias, habere putatis agitationes fluctuum: quantas perturbationes & quantos æstus habet ratio comitorum?

3 Aliquando nota nulla est. Pro Marc.

4 Tantum abes à perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quæ cogitas, nondum jeceris.

Pro Arch. Saxa & solitudines voci respondent: bestia sepe immanes cantu flectuntur atque consistunt; nos instituti rebus optimis non poetarum voce moveamur?

7 Verr. Gradatio illa à minoribus:

Facinus est vincire civem Romanum: scelus verberare: propè parricidium, necare: quid dicam in crucem tollere?

5 Finguntur etiam minora. Virg. Ecl. 1,

6 Antè leves ergo pascentur in aethere cervi,

Et freta destituent nudos in littore pisces:

Ante pererratis amborum sinibus, exul

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim;

7 Quàm nostro illius labatur pectore vultus. 2 Philip.

8 O rem non modò visu fœdam, sed etiam auditu. Si inter cœnam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset, quis non turpe duceret? In cœtu verò populi Rom. negotium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis, vinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal implevit.

CAP. XXI. DE SIMILIBUS.

I ADHUC comparatio in quantitate fuit: sequitur comparatio in qualitate, qua res comparatæ quales dicuntur, nempe similes vel dissimiles.

2 Similia

3 Communis sine notis forma in syllogismis usitator.

4 Enthymemata ex minoribus

5 Exempla ficta.

6 Axiomata relata cum copulata.

7 Redditio majoris.

8 Enthymema ex minore ficto.

1 Transitio, & definitio divisoꝝ.

II REGULA, DE MINORE.

Tantum affirmativé valet consequentia á Minore, juxta Regulam hanc:

Si id inest, quod minus inesse videtur, multó magis id inest, quod magis inesse videtur.

Si furtum est capitale, multó magis adulterium est capitale.

Licet Sabbato bovem servare:

Ergo magis hominem.

Aliud.

Lapsus Ecclesiæ gravissimis pœnis puniuntur:

Ergo multó magis Epicureorū furores punientur.

FR. BEURHUSII NOTAR COLL.

(De fictis minoribus ita Phil. nihil.)

1 Nihil D. Phil. de hac illustri transitione & definitione divisioneque, comparationis in qualitate. Nam multi comparationis nomen tantum ad Paria & Imparia adstringunt, similiaque & dissimilia seorsim absq. genere nominant.

2 Similia

Textus Phil.
Est opinio Scholastica, non constans regula. Vide 2 & 3 partem pedag. Logica. Quin etiã si id nō est, quod facilius & prius esset, nec id, quod difficilius & posterius atq. ideo negatē etiã á minore colligitur: ut, Fundamenta non jecit: Ergo nec absolvit Terræstria non creditis: Ergo multó minus cœlestia &c.

2 Defin. á gene-
re intellecto &
forma.

3 Exempla ve-
ra, & quidem
cum notis, pri-
mó brevis sim-
plicisq; formæ,
quæ axiomatis
simplicibus ex-
primitur.

4 Secundo ex-
plicata forma
rursum divisa.
Hæc exprimi-
tur axiomatis
relatis.

2, Similia sunt, quorum est eadem qualitas. Simi-
litudo proportio dicitur, ut similia proportionalia.

3 Notæ similitudinis (quæ uno verbo concluditur)
sunt: Similis, Effigies, More, Instar, Tanquam, Sicuti:
tum negatio dissimilium, Haud secus, Non aliter.

1 Æneid.

Oshumerosq; Deo similis. —

9 Philip. Quanquam nullum monumentum cla-
rius Servius Sulpicius relinquere potuit, quàm effigi-
em morum suorum, virtutis, constantiæ, pietatis, in-
genii, filium. 1 Trist.

*Namq; ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
Solutus Achilleo tollere more potest.*

In Pison. Unus ille dies mihi quidem instar immor-
talitatis fuit, quo in patriam redii. Verrin. 1, Sed re-
pente evestigio ex homine, tanquam aliquo poculo
Ciræo, factus est verres. Pro Pompejo: Itaque om-
nes quidem nunc in his locis Cn. Pompejum sicut
aliquem non ex hac urbe missum, sed de cælo dela-
psum intuentur.

3 Æneid.

Haud secus ac iussi faciunt.

Terent. in Phor.

Ego isti nihilo sum aliter, ac fui.

4 Similitudinis partes deinceps explicantur, & qui-
dem disjuncte vel continue.

Similitudo disjuncta est, quando termini quatuor
re ipsa distinguuntur. Eclog. 5,

Taletuum carmen nobis di vine Poeta,

Quale sopor fessis in gramine. —

Carmen ad auditorem, ut sopor ad fessum, termini
quatuor distincti sunt. Ad Frat. 1,

Quemadmodum gubernatores optimi vim tem-
pestatis, sic sapientissimi viri fortunæ impetum per-
sæpe superare non possunt. Hic quatuor sunt termini,
ut Gubernator ad tempestatem, sic sapiens ad fortu-
nam. 1 Trist.

*Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum;
Tempore sic duro est inspicienda fides.*

Cic. 2

2 Similia vocantur non solum duæ qualitates similes, sed etiam officia, quorum est aliqua convenientia, ut iudex, arbiter: bonus, princeps, pater.

3 Sed collatio facienda est in his partibus, quæ congruunt Nam si fiat collatio earum partium, quæ dissimiles sunt, nihil cohæret. Ideo crebro dici solet. Simile non est idem: hoc est, in his, quæ sunt similia, circumstantiæ aliæ sunt dissimiles. Item: Omnis similitudo claudicat. Item Simile non currit quatuor pedibus. Regula igitur hæc tenenda est:

4 Saepius ad affirmativè valet consequentia à simili, cum fit collatio earum partium, quæ congruunt, & tum verum est dictum:

De similibus idem est iudicium, ut cum collatio specierum refertur ad genus, vel ad alias communes qualitates, non ad específicas differentias: ut,

In pictura summum decus est, res verè cogitatas oratione propria exponere.

A PROPORZIONE.

PROPORTIO est duarum quantitatum eijusdem generis collatio inter se, quæ certa appellatione exprimitur: ut,

Quaternarii ad binarium dicitur esse proportio dupla. Græcè λόγος.

Proportionalitas est duarum proportionum similitudo: ut, Sicut se habent quatuor ad duo: sic se habent sex ad tria. Græcè ἀναλογία.

Exempla à Proportione.

Sicut se habet gubernator ad navim, sic se habet Episcopus ad Ecclesiam.

LOCUS AB EXEMPLIS.

2 Exempla sunt facta similia quæ in aliqua specie congruunt, de quibus propter similitudinem idem iudicatur.

Valet consequentia in exemplo, cum ratio factorum est similis: ut,

Theodosius rectè fecit, claudens templum idolorum: Ergo pii principes, qui idolorum cultus prohibent,

2 Descriptio per collationem: ubi intelliguntur categorica qualitates, alioquin etiam in illis officiis Logica qualitates conferuntur.

3 Scholastica admonitio tanquam definitio consecrarium: Similia sunt quorum est eadem qualitas. Ergo eadem illa qualitas diligenter spectanda, ne diversa pro eadem sumatur.

4 Alia admonitio ex definitione de consequentia, sed potius de axiomate.

1 Descriptio à genere & subiectis, sed nimis angustè contra legem καθόλου de categoricis quantitatum qualitatibus sumptis. Proportio enim & exempla, nihil differunt à similibus. Ergo & de quibuslibet qualitatibus intelliguntur, & satis una generali similitudinis definitione explicantur.

2 Descr. exemplorum à genere, & adjunctis.

Cic. 2 Phil. Sed nimirum ut quidam morbo, & sensus stupore, suavitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, avari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent. Virgilius fecerat hos versus:

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mané:

Divisum imperium cum Jove Caesar habet.

Batyllus arrogaverat sibi, præmiumque magnum erat adeptus. His igitur similibus Batyllum Virgilius:

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores:

Sic vos non vobis nidificatis aves:

Sic vos non vobis mellificatis apes:

Sic vos non vobis vellera fertis oves:

Sic vos non vobis fertis aratra boves.

5 Communis sine notis forma.

5 Aliquando nulla prorsus est nota. Virg. Ecl. 2,

O formose puer, nimium ne crede colori,

Alba lignistra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Continua similitudo est, quando est ut primus terminus ad secundum, sic secundus ad tertium. 3 Legibus. Videtisne magistratus hanc esse vim, ut præsit, præscribat recta & utilia & conjuncta cum legibus? Ut enim magistratibus leges, ita populo præstant magistratus. Hic termini sunt tres: Lex, Magistratus, Populus.

6 II Ficta exempla.

6 Ficta similitudo parem vim habet, superioribus illis, sed præcipue in hac explicata similitudine Aescopici apologi excellunt. Horat. i Epist.

Quod si me populus Romanus fortè roget, cur

Non ut porticibus, sic judiciis fruar iisdem,

Nec sequar, aut fugiam quæ diligit ipse, vel odit:

Olim quod vulpes egrotò tanta leoni

Respondit, referam: quia me vestigia terrent

Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.

CAP. XXII. DE DISSIMILIBUS.

1 Definitio à genere & forma.

2 Exempla non illustrata.

1 **D**ISSIMILIA sunt comparata quorum qualitas est diversa.

2 Dissimilitudinis propriæ notæ sunt, Dissimile, Dispar, Differens, Aliud, Secus. p. Planco, Quâquam dissimi-

bent, recte faciunt. Valet consequentia: quia ratio si-
milis est. Nam utrunque factum congruit ad legem.

Quiq; suo loco debet obedientiam primo præcepto.

3 Non valet autem primò, cum ratio factorum est
dissimilis: ut,

Petrus occidit Ananiam mentientem,

Ergo Episcopis licet punire gladio delinquentes.

Neganda est consequentia: quia hæc sunt dissimi-
lia facta, punire verbo, & punire gladio.

Secundò non valet consequentia, cum exempla
citantur pugnantiâ cum legibus: ut,

Cambyfes duxit sororem,

Igitur idem licet aliis.

Neganda consequentia, & ratio est, quia allegare
inconueniens non est solvere.

DE ALLEGORIIS.

4 Ad locum exemplorum pertinent & allego-
ria, quæ sunt imagines rerum similiarum: ut,

*Daniel sedens inter leones, est imago pii doctoris inter
hostes docentis Ecclesiam.*

Valet igitur consequentia:

*Daniel inter leones servatur: Ergo defendet Deus aliquos
pios doctores inter tyrannos.*

5 Deus vestit Adam detracta pelle à corpore ovis.
Ex hac imagine ratiocinabatur Adam. 6 Sic nos ite-
rum novo corpore immortalis vestiet Deus, quod su-
met ab ove, i. à victima, videlicet ab illo semine, quo
mors rursus abolebitur. Antea enim audiverat do-
ctrinam perspicuam: Semen mulieris conculcabit
caput serpentis. Ita postquam tradita est doctrina pro-
priis verbis, postea gratæ sunt picturæ, quæ eam illu-
strant.

7 Nec ducuntur à solis allegoriis firmæ probatio-
nes, & curandum est, ut sint concinnæ allegoriæ, & ad
capita doctrinæ cælestis recte congruant, quod sine
eruditione, & magna dexteritate iudicii non potest
effici.

1 Dissimilium locum Philippus præterit.

3 Quando non
valeat.

4 Non modo
allegoria, sed &
ficti apologi
sunt similia, id-
eoq; generali si-
milium definitio-
ne continen-
tur.

5 Protasis.
6 Redditio &
interpretatio
allegorica.

7 Admonitio
de allegoria-
rum concinna-
tate.

dissimilis est debitiō pecuniæ & gratiæ. Ennius:
O domus antiqua, heu quàm dispari dominare domino.

Cæsar 1 bell. Gall.

Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. 2 Agrar. Alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur. Cic. 2 nat. Deo. Quoniam cœpi secus agere, atque initio dixeram.

Dissimilitudinis notæ etiam sunt per negationem similibus. 3 de Oratore, Non est Philolophia similis artium reliquarum.

2 Æneid.

At non ille, satum quo te mentiris, Achilles

Talis in hoste fuit Priamo. -- Horat. 1 Epist.

Non eadem est ætas, non mens. ---

1 Epist. ad Frat. Sit annulus tuus, non tanquam vas aliquod, sed tanquam ipsetu. 3 Phil.

Certus dies non ut sacrificii, sic consilii expectari solet. Hoc argumento pastor ille errorem suum confitetur.

*Urbem (quam dicunt Romam) Melibæe, putavi
 Stultus ego, huic nostræ similem. --*

Et mox,

Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos

Notam, sic parvis componere magna solebam.

Ut nec canibus catuli, nec matribus hædi; Sic nec Mantua Romæ similis est.

Nota plerunque nulla est, & dissimilitudo plenius explicatur. Quintil lib. 5, cap 11,

Brutus occidit liberos prodicionem molientes. Manlius virtutem filii morte mulctavit. Catul.

Solus occidere & redire possunt:

Nobis cum semel occidit brevis lux,

Nox est perpetua una dormienda.

CAP. XXIII. DE CONJUGATIS.

HACTENUS prima argumenta sunt exposita. I sequuntur orta de primis, quæ perinde sunt ad id, quod arguunt sicut prima, undè oriuntur: ut Conjugata, & Notatio, Distributio, & Definitio.

2 Con-

II Exempla sine notis.

1 Transitio ad orta argumenta, horumque definitio & dichotomia binis speciebus duo genera significas.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

D. Philippus & alii non ita accurato doctrinae genere orta à primis distinguunt, at tamen revera quaedam, ut definitionem & distributionem, ab aliis oriri & confici docent, etiamsi ea unde oriuntur omnia prius non exposuerint, ut mirum sit factum illum partim post, partim ante suos parentes gigni.

A CONJUGATIS SEU CASU.

¹ CONJUGATA & casus vocarunt nominum derivationes: ut, justitia, justus, quæ nunc concreta & abstracta appellantur.

1 Definitio illustrata aliis nominibus.

2 Et

2 Definitio conjugat.

3 Preceptum de origine.

4 Exempla en-
thymematica.

2 Conjugata sunt nomina ab eodem principio varié deducta, ut *justitia, justus, justé.*

3 In conjugatis symbolum est consentaneorum argumentorum.

4 Propert lib. 2,

Libertas quoniam nulli jam restat amanti,

Nullus liber erit si quis amare velit.

Hic libertas causa est, cur sis liber. Cicer. 3 de nat. Deorum, cum de Dionysio tyranno loquitur: Jam mensas argenteas de omnibus delubris jussit auferri, in quibus quod more veteris Græciæ inscriptum esset, *BONORUM DEORUM*, uti eorum bonitate velle se dicebat. Dii boni sunt: eorum igitur bonitate est utendum. Hic ex effectis ad causas est disputatum. Terent.

Homo sum humani à me nihil alienum puto.

Ex subjecto est ad adjunctum. Contrá Phil. 2.

Non tractabo ut consulem, ne ille quidem næc ut consularem. In Pisonem: Cum esset omnis illa causa consularis & senatoria, auxilio mihi opus fuerat & consulis & tenatus.

CAP. XXIII. DE NOTATIONE.

1 Preceptum de proprietate & origine nominum.

2 Exempla, unum viduum, cetera disposita.

NOTATIO est nominis interpretatio.

2 Nomina siquidem sunt notæ rerum; nominumque vel derivatorum vel compositorum si vera notatione fiant, ratio reddi potest ex aliquo argumento primo: ut homo ab humo. Ovid. 6 Fastorum,

Stat viterra sua, vi stando Vesta vocatur.

Ex causa est notatio.

At focus à flammis & quò dfo vet omnia dicitur.

Ex effectis est notatio.

Item 4 Verrin.

O Verrea præclara! Quò enim accessisti, quò non attuleris tecum istum diem? Etenim quã tu domum, quam urbem adiisti, quod fanum denique, quod non eversum atque exterrum reliqueris? Quare appellantur fané ista Verrea, quæ non ex nomine, sed ex moribus

2 Et hic locus necessariam doctrinam continet, du-
cendi argumenta a concretis ad abstracta & e contra.

Alias a concretis procedimus ad abstracta: quia
concreta monstrant exempla formarum in subjectis:
alias e contra ab abstractis ad concreta procedimus.
Sitque haec regula:

3 Cui tribuitur concretum in eo rem esse necesse
est, quae effertur voce abstracti: ut cum dicitur, *Aqua est
calida*, recte sequitur: *Ergo in aqua est calor*. *Baptista
recipit milites manentes in officio*, *Igitur Baptista e militiam
approbat*. Valet consequentia, quia approbatione ex-
empli in subjecto, approbatur res in genere.

4 Valentiae consequentiae, si absit ambiguitas, quae
non est unius modi. *David id rapiens alienam conjugem fa-
cit tyrannicé*: *Igitur David est tyrannus*. Respondendum
est brevissime; Nego consequentiam & ratio est, quia
in conjugatis ambiguis non valet consequentia. Fa-
cere tyrannicé significat actionem: sed tyrannus signi-
ficat habitum.

I DE ETYMOLOGIA.

Vicini loci sunt Definitioni, Nomen rei, Etymolo-
gia, & Periphrasis.

2 Ab Etymologia argumentamur affirmativé &
negativé, perinde ut a loco Definitionis: ut,

*Christus vocatur agnus,
Igitur est victima pro peccatis.
Non est studiosus sapientiae,
Igitur non est Philosophus.*

1 Regula.

3 Cum maxima pars orationis constet ex sermone
proprio, a proprié dictis principalia argumenta su-
menda sunt: ut, *Joannes vocat Christum filium Dei, per
quem omnia condita sunt*:

*Ergo Joannes affirmat filium veré Deum, esse omnipo-
tentem e conditorem cum patre.*

2 Regula.

4 Quando verba sine figuris intellecta gignunt ab-
surditatem, decurrendum est ad figuras, & quaerenda
concinna interpretatio: ut,

Tyrannus.

2 Admonitio-
nes de quib. ita
Ramus nihil:
quia pedent e
intelliguntur ex
consentaneorum
affectationibus.

3 Cui tribuitur
effectum, ei e
caussa. Na con-
cretum, i poste-
rius conjugatú,
seu adjectivum
sic effectivatio-
nem habet.

4 Admonitio
de cavenda am-
biguitate.

1 Est 5 locus in
Phil.

2 Admonitio
de syllogistico
usu.

3 Admonitio
ex distinctione
proprii sermonis
a modificato.

4 Alia admo-
nitio ex genera-
lium artium
distinctione.

ribus natura que tua constituta esse videantur. Ex effectis item est notatio. Ovid. 1 Fast.

Prima diestibi Carna datur, dea cardinis hæc est:

Nomine clausa aperit, claudit aperta suo.

Hic est notatio e subjecto cardine, circa quem numen Deæ exercetur.

At ex adjunctis notatio est Bambalionis, 2 Philip. quia balbus & stupidus: hinc igitur cavillatio in Antonium generum. Tuæ conjugis, bonæ fœminæ, locupletis quidem certé, Bambalio quidem pater, homo nullo numero, nihil illo contemptius: qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemq; cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

Ex Adjunctis est Notatio.

E Dissentaneis autem sunt illa apud Quintilian. lib. 1 cap. 6, Lucus, quia umbra opacus, parum luceat: & Ludus, quia sit longissimé a lusu: & Dis, quia minimé dives.

Potest etiam e comparatis esse notatio: ut Pyropus, quod ignis flammam imitetur.

Est veró ut notationi ad suum nomen, sic nomini ad notationem sua affectio: ut, Animi plenus, ergo animosus: & contrá, Animosus, ergo animi plenus.

CAP. XXV. DE DISTRIBUTIONE.

RELIQUUM est ex argumentis aliunde ortis argumentum distributionis & definitionis.

2 In qua utraque, affectio reciprocationis est, illic partium omnium cum toto, hinc definitionis cum definito.

3 Distributio est, cum totum in partes distribuitur. Totum est quod continet partes: pars est quod continetur a toto.

4 Atque ut distinctio totius in partes, distributio; sic collectio partium ad constituendum totum, Inductio dicitur.

5 Distributio sumitur ex argumentis toti quidem consentaneis, inter se autem dissentaneis.

6 Itaque tantó accuratior erit, quantó partium & cum toto consensio, & inter se dissensio major fuerit.

CAP.

1 Transitio a duabus prioris generis speciebus ad alterius duas.

2 Regula proprietatis utriusque speciei cõmunis in peculiari reciprocatione qua utriusque virtus perfectioque judicatur.

3 Generalissima distributionis ac totius partiũq; definitiones.

4 Prima proprietatis regula de distinctis reciprocationis nominibus.

5 Secunda de origine & affectione duplici

6 Tertia de accuratatione & præstantia.

Tyrannus est lupus, Ergo est bestia. Nego consequentiam, quia est similis lupo.

F. BEUR. NOTÆ COLL.

ad Reg. 1 & 2.

P. Ramus illas regulas non tradit: quia Logica propria nō sunt, eūm id, de quo admonent, ē generalium artūū distinctione, & præceptis constat. Logica est rationum, & quidem cūm in rebus ipsis, tum in vocum significationibus. Grammatica est sermonis, in vocum tum simplicium adsignificationibus & finibus, tum conjunctarum convenientia & rectione. Rhetorica est ornatu tum in elocutione tum in pronuntiatione. Harum autem artium usus in omni orationis consideratione & tractatione conjungendus est, ut suis præceptis. Dialectica tum rerum vocumq; affectiones, atq; ita vim ac significationem, tum earūdem dispositarum judicium ad bene differendum. Grammatica earundem vocum, quibus res significatur, puritatem, tum in simplicium adsignificationibus finibusq; tum in conjunctarum structura ad bene loquendum. Rhetorica verō universum orationis ornatu tum in elocutionis tropis & figuris, tum in pronuntiationis voce ac gestis ad bene dicendum, spectet & consideret. Hæc igitur distincta in præceptis θεωρίᾳ, & conjuncta in usu πρᾶξι: tum ex universo illarum artūū progressu constat, tum certis quibusdam præceptis apertius demonstratur, ut, quod ad hunc locum attinet, Definitione tropi lib. 1 Rhet. cap. 2, itemq; illa divisione, ut vocum alia est propria, alia modificata: sic orationum alia est recta alia figurata, lib. 1, cap. 14.

Ad cap. 25.

Hæc transitio ita in Phil. non est, nec ita in eo locum habet, cūm Definitionem & Divisionem, primum post prædicabilia & prædicamenta, ut qua inde conficiantur, & sint principes Methodi simplicis (quam etiam ante Judicium & Inventionem tradit) partes, doceat, deinde in locis easdem repetat. Ad illam distractionis tautologiam lex καθόλου vetat, multoq; rectius & commodius Definitionem & Divisionem ut generalia & quidem orta argumenta, semel & generatim in generali Inventionem post omnia ea, ex quibus illa conficiuntur, doceri demonstrat. Quomodo autem in Methodo unica, sive simplicis, sive conjuncti, thematis principem locum teneant, id Methodus suo loco apertè ostendit.

DIVISIO est, cūm vocem in sua significata, vel genus in species, vel totū in suas partes, seu mēbra partimur, vel accidentia subjecti enumeramus.

1 Divisionum formæ quatuor sunt. 1 Distinctio nominis in sua significata. 2 Divisio generis in species, 3 Divisio totius in partes, seu essentielles seu integrales. 4 Divisio subjecti in accidentia.

I 2 FR.

Descriptio divisionis ē subjectus: undè & mox ejusdem generis distinguuntur. 1 Enumeratio quædam specierum divisionis, sed in legem κατὰ παντός & καθόλου impingens, ut in collatione apparebit.

1 Primum distributionis genus est suo fonte in duas species distinctum proponitur.

2 Prior species definitur.

3 Symbolum hujus species peculiare.

4 Definitiones ex generibus & formis relatis.

5 Exempla artium & aliorum operum, primo axiomatico usus. Sic Lex Mosaisa dividitur in partes tres: Moralem, judicialem, & ceremoniam, Phil. lib. 1.

6 Secundo exempla, non doctrina syllogismi. Enthym.

Quintia deest venustas, Ergo non est tota formosa.

Lesbia habet omnes partes venustatis, Ergo tota formosa est.

1 Altera species definitur sua forma in partium origine.

1 DISTRIBUTIO prima est ex absolute consentaneis, causis nempe & effectis.

2 Distributio ex causis est, quando partes sunt causae totius.

3 Hic distributio integri in sua membra praecipue laudatur.

4 Integrum est totum, cui partes sunt essentiales.

4 Membrum est pars integri.

5 Sic Grammatica in Etymologiam & Syntaxin dividitur. Rhetorica in Elocutionem & Actionem. Dialectica in Inventionem & Judicium. Ab his enim partibus artes illae constituuntur. Haec Distributio principalis est, cum rei longioris explicatio suscipitur.

1 Georg.

Quid faciat letas segetes, quo sidere terram
Vertere (Mecenas) ulmisque ad jungere vites
Conveniat; quae cura boum, quis cultus habendo
Sit pecori, atque apibus quanta experientia parcis,
Hinc canere incipiam. —

Cic. pro Mur. intelligo (judices) tres totius accusationis partes fuisse: & earum unam in reprehensione vitae, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versatam.

6 Quinetiam aliter tractatur hoc argumenti genus vel a partibus ad totum, vel a toto ad partes.

Catullus:

Quintia formosa est multis: mihi candida, longa,
Recta est: haec ego sic singula confiteor.

Totum illud, formosa, nego: nam nulla venustas,
Nulla in tam magno est corpore mica salis.

Lesbia, formosa est: quae cum pulcherrima tota est,
Tum omnibus una omnes surripuit veneres.

1 DISTRIBUTIO ex effectis est, quando partes sunt effecta: ut, in navi nautae alii malos scandunt, alii

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

2 Nihil hic D. Philippus de hac ex causis distributione. Distinctio nominis in sua significata pertinet ad distributionem e subjectis, aut si magis ex effectis.

3 Divisio (Partitio) totius in partes essentielles est enumeratio partium constituentium unam aliquam rem, ut si corporis humani partes discernas, caput, collum, thoracem, cor, epar, ventrem, splenem, spinam dorsi, brachia, pedes, &c.

4 Partium alia sunt minus principales, sine quibus totum esse & incolume manere potest, ut in corpore humano coma, unguis. Alia sunt principales, sine quibus totum esse & manere incolume non potest, ut caput, pectus, cor, venter, &c.

5 Principalium alia dicuntur essentielles seu substantiales, alia integrales.

Essentiales seu substantiales sunt materia & forma, ut corpus & anima, sunt partes substantiales hominis.

Integrales a quantitate seu numero appellationem habent, ut cum molem partimur, seu numeros dividimus, ut trunco sex pedum dissecto in partes bipedales, haec dicuntur partes integrales.

6 Saepe in relativis nominibus utimur hac appellatione, ut civitatis partes integrales sunt magistratus, sacerdotes, senatus & populus.

Conversionis seu poenitentiae partes sunt contritio, fides & nova obedientia, &c.

Argumentamur hinc affirmativè & negativè (in locis Dialecticis.)

1 Regula.

7 Posito toto, necesse est poni omnes principales partes: ut, Deus approbavit totum iudicium, Ergo & accusationem & defensionem.

2 Regula.

Destrueta una principali parte, totum destruitur: ut, Huic edificio deest tectum, Non est igitur domus.

2 Secunda est divisio generis in species.

I 3

Genus

3 Descriptio & divisionis huius & totius integri, membrisque, sed obscurior.

4 Divisio partium, qua Ramus ut non satis catholicam omitterit. Nam principalis pars vicissim dicitur integrum, respectu minus principalis. Itaque generalis definitio hic sufficit.

5 Porro principalium divisio potius scholastica distinctio quam legitima ex usu divisio est.

6 Admonitio judicialis non syllogismi consequentiam, sed axiomatum vim declarans.

7 Illas regulas Ramus omittit, quod ex definitionibus integri & membri intelligantur.

2 Secunda divisio Philippica.

alii per foros cursitant, alii sentinam exhauriunt, gubernator autem clavum tenet in puppi.

2 Distributio generis in species hic excellit.

3 Genus est totum partibus essentiale.

Species est pars generis. Sic,

4 Animal genus hominis & bestiae dicimus. Animal enim est totum, cujus essentia nempe corporea, animata, sentiens, ad bestiam & hominem communiter attinet. Sic dicimus hominem & bestiam, species animalis; quia partes sunt animali subjectae, quae animalis essentiam communem habent. Sic dicimus hominem, genus hominum singulorum, & leonem, singulorum leonum: contra vero, singulos homines, species hominis, singulos leones, leonis.

5 Genus est generalissimum aut subalternum. Species, subalterna aut specialissima.

6 Genus generalissimum cujus nullum est genus: ut in Logica inventio argumentum, est genus generalissimum artificialium & inartificialium. Subalternum genus, ut subalterna item species, quod species hujus, illius autem genus est: ut causa, species est argumenti absolute consentanei, genus materiae & formae. Species specialissima quae est individua in species alias, ut Materia & Forma singulares.

7 Genus vero & species notae sunt causarum & effectorum: ut in animali est essentia corporea, quae materia est ad species communiter attinens: tum facultas vitae & sensus, quae forma item communiter ad species spectat. Quare genus continet causas, quae communiter ad ipsius species attinent: contra itaque, et species effecta generis sui continent. Hinc universale est insigne, ac praestabile, quia causam declarat.

8 Distributio generis in species valde quidem excellit, sed difficilis est & rara inventu.

9 Attamen illustrationis & exempli gratia afferemus, quod poterimus. Ovid. i Metam. dividit animal in quinque species, stellas, aves, bestias, pisces, homines: stellis animam tribuit, ut etiam Philosophi tribuere.

Non regio foret ulla suis animalibus orba,

Astra

2 Peculiare & symbolicum argumenti genus hic collocatur, & sua doctrina usque explicatur.

3 Definitiones affectorum a generibus & formis.

4 Exempla ex definitione ad eandem demonstrandam explicata.

5 Dichotomia generis & spec.

6 Definitiones a generibus intellectus & formis.

7 Explicatio proprietatis seu maxima de symbolica significatione, & sic de origine hujus argumenti.

8 Lex seu maxima de praestantia & difficultate hujus divisionis.

9 Usus primus axiomaticus in simplici expositione exemplis ostenditur.

3 Genus est nomen commune multis speciebus & in quæstione Quid est, de iis prædicatur. Species est nomen commune proximum individuis, de quibus in Quæstione quid est, prædicatur: ut, Si quæeratur,

4 Quid est homo? Respondetur, Est animal. Hic (Animal) Genus, prædicatur de Specie, nempe homine. Item, Quid Plato? Respondetur homo: Hic species homo, prædicatur de Platone individuo.

5 Valde puerilis admonitio est, quomodo differant species & genera.

6 Summum genus vocatur generalissimum, ut Substantia, &c.

Media inter summum genus & speciem specialissimam dicuntur Species superiorum & Genera inferiorum; ut animal dicitur Species, relatum ad corpus animatum, Genus verò relatum ad hominem.

Infimæ Species dicuntur Species specialissimæ quæ sunt proximæ individuis, & verè sunt imagines, proximè sumptæ ab individuis: ut, Homo, Equus.

Individuum est nomen proprium, quod non significat multa: ut, Plato.

FR. BEURHUSII NOTAE COLL.

Definitio infimæ speciei potius opinabilis & scholastica est, quam legitima. Nam ipsum individuum est specialissima & infima species: quia individua & proximi generis (quæ est aliis infima species) essentiam communem habent, & porro suis formis differunt: quæ etsi ut in plurimis rebus nobis non apparent, tamen revera sunt Nec ratum propria nomina, sed qualibet res singulares sunt individua.

8 Divisio generis in species in omnibus artibus communissima est. Necessè est autem species discerni, vel per differentias, vel per propria, vel per accidentia, vel per subjecta, vel per objecta, vel per causas, vel per effectus. Ut supra dictum est in prædicamentis, ubi desunt nomina differentiarum illustra, sumi alicundè qualescunq; differentias. Sic animal dividitur per differentias in species; animalium aliud rationale, ut homo, aliud sine ratione est, ut bos, equus, &c. Hæ species deinde proprietatibus distinguuntur,

I 4 ut

3 Definitiones quasi è genere & adjuncta quæstione.

Sed genus illud nimis commune, vel alienum est.

Quarendi autè illa adjuncta forma, ad definitionem propriè pertinet. Nec essentiam seu significationem generis satis definit.

4 Exempla.

5 Admonitio de generum & specierum gradibus: quæ tamen potius est valde necessaria divisio, res singulares à generalibus notionibus ac vocibus distinguens.

6 Nihil hic auctor de illa origine & symbolica generis significatione.

Nihil etiam de illa significationis distinctione & generis præstantia.

8 Admonitio tum de frequènti usu, sed angustior, tum de difficultatis subsidiis in specierum distinctione, genera in formas tæquam in species dividi, etià Ramus mox docet ibi. Sed ha

*Astra tenent caeleste solum formæq; deorum:
Cesserunt nitidis habitanda piscibus undæ:
Terra feras cepit, volucres agitabilis aer,
Sanctius his animal mentisq; capaciùs altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est —*

Sic Cic. 1 Off. Virtutem dividit in species quatuor, prudentiam, justitiam, fortitudinem, temperantiam. Sed omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim in perspicientia veri solertiaque versatur, aut in societate hominum tuenda, tribuendoq; suum unicuique, & rerum contractarum fide; aut in animi excelsi atq; invicti magnitudine & robore: aut in omnibus quæ fiunt, quæq; dicuntur ordine & modo, in quo inest modestia & temperantia.

10 Distributio generis in formas specierum eadem est: quia formæ cum genere constituunt suas species: ut, *Animalium aliud loquens, aliud mutum.*

11 Genus & species non solum tractantur hac simplici divisionis formula, sed etiam separatim alterum ex altero. Pro Arch. Ac ne quis à nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quædam in hoc facultas sit ingenii, atque hæc dicendi ratio aut disciplina: nec nos quidem huic cuncti studio penitus unquam dediti fuimus. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum & quasi cognatione quadam inter se continentur. Ars, est genus; poetica & eloquentia sunt species. Contra genus tractatur per species, ut 4 de Trist.

Materiamq; tuis tristem virtutibus imple:

Ardua per præceptis gloria vadit iter.

Hæctora quis nosset, felix si Troja fuisset?

Publica virtutis per mala facta via est.

Arstua Tiphys jacet, si non sit in equore fluctus

Si valeant homines, arstua, Phæbe, jacet.

Quæ latet, inq; bonis cessat non cognita rebus,

Apparet virtus arguiturq; malis.

12 Exempla igitur specialia suo generi accommodata sunt hujus loci. 7 ad Attic. Urbem tu relinquis? ergo

10 Præceptum de forma & formata species identitate & hic permutatione

de qua & Philippus hætenus sed paulo aliter.

11 Usus democops syllogisticus in exemplis, non præceptis, Præcepta enim iudicii sunt secundæ partis.

12 Confectarium de exemplis ad genera accommodatis: secus ad alia accommodata sunt similia vel dissimilia.

ut bos est animal quadrupes, cornutū, mugiens, &c.

Habitū differentiae aliās a subjectis, aliās ab objectis sumuntur: ut, Habituum alii sunt habitus intellectus, ut notitiae, alii sunt voluntatis, ut virtutes. Sic apud medicos differentiae morborum illustres a locis affectis sumuntur.

Virtutum species multae objectis discernuntur, ut, aliae agunt immediatē cū Deo, ut fides, fiducia, timor Dei, spes, &c. Aliae intuentur homines, ut iustitia particularis suum cuiq; tribuens: temperantia moderatur voluptates cibi & potus, &c. Ac differentiae a causis sumuntur: ut, vindicta alia est ordinata, quae fit iuxta leges per magistratus, alia inordinata, quae fit sine legū auctoritate per privatos, ideoque prohibita est.

Itaque in generib. dividendis diligenter videndum est, unde sumi differentiae possint. Incurrunt autem in sensus aliqua accidentia & effectiones aliae, quae vel deducunt considerantem ad differentias alias inveniendas, vel pro differentiis usurpantur.

9 In inquisitione rerum est creberrimus usus generis: & ex hoc fonte sumpta est Rhetorum admonitio, Hypothesin revocandam esse ad thesin, id est specialem disputationem ad generalem, &c.

Regulae argumentandi a genere.

1 Reg seu Maxima.

A superiori cum signo universalis ad inferius semper valet consequentia affirmativē & negativē: ut, *Omne animal spirat, Ergo & piscis spirat.*

Nulla dei dona sunt vituperanda, Ergo nec honestae artes.

2 Regula.

A genere sive universalis signo ad speciem, tantum negativē argumentamur: quia cui adimitur genus, ei & species adimitur: ut, *Non habet arborem, Ergo nec cerasum.*

A Specie.

A specie ad genus tantum affirmativē ducuntur argumenta: quia posita specie ponitur & genus: ut, *Homo est, Ergo & animal.* Valet consequentia: quia

Philippae admonitio, paulo latius extra καθόλου preceptū vagatur, ac tum alias divisionis species, cum hac confundit, tum quamlibet vel per consentanea explicandi, vel per eorundem antithesin distinguendi rationem attingit. Ramo autē quae huius generis propria sunt, ea hic tantum, cetera quoque eorumque usum suis locis docet, consentanea quoque omnis unitatis & identitatis, dissentanea vero differentiarum & distinctionum fontes & instrumenta esse ostendit.

9 Admonitio in auctore copiosior, sed ea ex ipsis preceptis patet.

ergo idem si Galli venirent? Non est (inquit) in parietibus Respublica: at in aris & focis. Fecit idem Themistocles: Fluctum enim totius barbariæ ferre urbs una non poterat. At idem Pericles non fecit, annum ferè post quinquagesimum, cum præter mœnia nihil teneret: nostri olim urbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt.

CAP. XXVIII. DE DISTRIBUTIONE *è subjectis.*

1 Distributio modo quodam cōsentaneorum in duabus speciebus proponitur.

2 Desin. à forma in affectione partium subjectarum ad adjunctum totum.

1 **R**ELIQUA distributio est quodammodo consentaneorum, ut subjectorum & adjunctorum.

2 Distributio è subjectis est, cum partes sunt subjecta: ut apud Catul.

Virginitas non tota tua est: ex parte parentum est:

Tertia pars matri data, pars data tertia patri:

Tertia sola tua est: nolipugnare duobus,

Qui genero sua jura simul cum dote dederunt.

Sic Cic. 5 Tusc. Sint enim tria genera bonorum, ut jam à laqueis Stoicorum, quibus usum me pluribus quam soleo, intelligo, recedamus. Sint sanè illa genera bonorum, dum corporis & externa jaceant humi, & tantummodo, quia sumenda sunt, appellètur bona. Alia autem divina illa, longè lateque se pandant, cælumq; contingant; ut ea qui adeptus sit, cur eum beatum modò, & non beatissimum dixerim?

CAP. XXIX. DE DISTRIBUTIONE *ex adjunctis.*

1 Des. à forma, que est partium adjunctarum ad totum subjectum affectio.

1 **D**ISTRIBUTIO ex adjunctis est, quando partes sunt adjuncta: ut, hominum alii sani, alii ægri: alii divites, alii pauperes. Sic Virg. 1 Georg. mundum dividit in quinque partes, mediam torridam, duas extremas frigidas, & reliquas duas temperatas.

Quinq; tenent cælum zone, quarum una corusco

Semper sole rubens, & torrida semper ab igni:

Quam circum extrema dextra leuaq; trahuntur,

Cerulea glacie concreta, atq; imbribus atris:

Has inter mediamq; duæ mortalibus ægris

Munere concessæ diuùm. —

Cæsar

quia posita specie necesse est poni genus, & cui species tribuitur, eidem genus tribui necesse est.

Regula de divisione & partitione.

In argumentatione à divisione generis in species, seu totius in partes, fiat integra enumeratio specierum aut partium. Quia à sufficiente tali enumeratione argumentamur affirmativè & negativè: ut,

Omnis stella aut est fixa, aut planeta, nec sunt plures species; Cometa non est fixa stella nec planeta: Non est igitur stella.

Cum non omnes species seu partes enumerantur, non valet consequentia; ut, Jus divinum non strangulat fures, nec Romanum vetus. Ergo non est justum strangulare fures.

Non valet, quia omittuntur novæ leges Imperatorum & consuetudo.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.
ad cap. 28.

De priore hujus generis specie nempe è subjectis, hic auctor nihil præcipit, cum tamen ejus usum paulo antè in discernendis speciebus attigerit: ut, Habitus alii sunt intellectus, ut notitia, alii voluntatis, ut virtutes. Virtutes alia immediatè cum Deo agunt, alia inveniuntur homines, &c.

Prima Philipæa divisionum forma nempe distinctio nominis multa significantis in sua significata, si divisio est, certè huc videatur referenda: quod idem vocabulum pluribus rebus significandis impositum & adjunctum sit. Libertas aliàs significat civilem libertatem, aliàs liberationem à peccato, ab ira Dei, &c.

1 Quarta forma est Divisio subjecti in accidentia propria.

2 Utimur autem hac forma cum personæ, aut rei alicujus conditiones proprias enumeramus: ut, Talis sit Episcopus, sciat doctrinam Ecclesiæ, & sit mediocriter idoneus ad docendum, timeat Deum, & moribus honestis ornet doctrinam, & sit in primis amans veritatis, candidus & inimicus sophisticæ, & studiosus cõcordiæ publicæ; possit etiam flectere animum, ut quædam incõmoda ferat, ac dissimulet, ne concordiam publicam turbet. Sic Cic. pro l. Manil. enumerat condi-

1 Definitio, ex
isdem principiis.

2 Admonitio
de usu. Sed lex
κατὰ παντός
docet, omnia
artis præcepta
esse de omni ente
& non ente,
& sic de omni
re & persona.

Attamen ad-
monitiones in
institutione &
exercitatione
utiliter adhi-
bentur.

Cæsar i belli Gall. Gallia est omnis divisa in partes tres: quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur.

CAP. XXX. DE DEFINITIONE.

DEFINITIO est cùm explicatur quid res sit, eaque vicissim definito argui potest.

1 Defini. à genere intellecto & forma, particulari Quid, expressa.

FR. BEURHUSII NOTAE COLL.

At lex catholica paulo ante communiore præcepto duas priores illas virtutes distributioni & definitioni aequaliter attribuit, cap. 25. Tertia ex generalium artium distinctione ac virtute, nec semper vera, & omni orationi communis est.

- 2 Dichotomia definitionis.
 3 Defini. perfecta à genere & forma, seu essentialibus partibus: quæ uno symbolico & uno primo argumento, in plurimum comprehenduntur.
 4 Exemplum ex definitione expositum.
 5 Explicatio proprietatis nempe de origine & vi.
 6 Exempla arithmetica.

2 Definitio est perfecta aut imperfecta: illa proprie definitio, hæc descriptio dicitur.

3 Definitio perfecta, est definitio constans è solis causis, essentialibus constituentibus: quales causæ genere & forma comprehenduntur.

4 Atque hoc modo definitur homo animal rationale: nempe genere (animal) intelligimus (ut dictum est) Essentialiam corpoream, plenam vitæ & sensus, quæ materies hominis est, & pars formæ: cùm qua si addas (rationale) totam formam hominis comprehendes, vitæ, sensus, rationis facultate.

5 Itaque perfecta definitio nihil aliud est, quàm universale symbolum causarum, essentialiam rei & naturam constituentium. Tales definitiones sunt artium.

6 Grammatica est ars bene loquendi: Rhetorica bene dicendi: Dialectica bene differendi: Arithmetica bene numerandi: Geometria bene metiendi.

conditiones boni Imperatoris; Habeat scientiam rei
militaris, virtutem, auctoritatem, & felicitatem.

DE DEFINITIONE.

DEFINITIO alia est Nominis, alia Rei.
Definitio rei est oratio, quæ essentiam, aut
causas, aut partes, aut accidentia rei exponit.

3 Tres conditiones bonæ definitionis. 1, Ne defini-
tio sit angustior, quàm definitum. 2, ne latius vage-
tur. 3, ut sermo sit proprius & perspicuus.

3 Quatuor sunt formæ Definitionum rei. 1, Essen-
tialis. 2, Causalis. 3, Collecta ex coacervatione partiū.
4, Collecta ex coacervatione accidentium.

4 Essentialis definitio vocatur, quæ constat ex ge-
nere, & differentia specifica: ut, Homo est animal ra-
tionale. His enim partes essentiæ significantur, ut in
homine corpus & anima rationalis. Ac differentia
propriæ sic dictæ significant universaliter rerum for-
mas, ut rationale animam rationalem.

5 Sed cūm formæ multarum substantiarum no-
minibus propriis careant, pro differentiis specificis se-
pe utimur aliis proprietatibus; ut, Equus est animal
hinniens. Nec tamen solæ substantiæ habent essen-
tiales definitiones, sed etiam accidentia, videlicet, u-
bicunque disertè genus & differentia specifica vel a-
liqua proprietas accommodata nominari potest, quæ
loco differentia rectè ponitur. Et hinc generaliter no-
mine essentiæ utimur, pro re per se considerata, si-
ve sit in Prædicamento Substantiæ, siue sit Accidens.
Voco essentialem definitionem hanc quoque: Virtus
est habitus, inclinans voluntatem ad obediendum re-
ctè rationi Nam habituum formæ & differentia nec
sunt aliæ, nec cogitentur aliæ, nisi certo modo in-
clinare.

Est & hæc essentialis definitio: peccatum est defe-
ctus, vel inclinatio, vel actio, in natura rationali, pu-
gnans cū lege Dei, offendens Deū, & commerens pœ-
nas, nisi fiat remissio propter filiū Dei mediatorē, &c.

6 Caus-

1 Divisio defi-
nitionis, sed non
satis Logica.

Nam nominis
definitio vel est
notatio, vel ali-
oquin generalis
definitio.

2 Quasi ex lege
catholica tribus
proprietas
definitio rei ex-
plicatur.

3 Divisio defi-
nitionis rei qua
dripartita.

4 Definitio, sed
angustior, quod
generalissima
genera causis
essentialibus de-
finiri possint, cū
tamen genere
careant.

5 Explicatio est
iusdam proprie-
tatis de aliis ar-
gumentis loco
forma sumēdis.
Sed sic non pro-
priè fuerit defi-
nitio perfecta,
ex causis essen-
tialibus facta:
ideoque, nihil Re-
mus de tali ex-
plicatione.

CAP. XXXI. DE DESCRIPTIONE.

1 Definitio á
genere & forma
materiam suã
complectente.

2 Præceptum
de illustriore for
ma & copia.

3 Exempla.

DESCRIPŦIO est definitio, ex aliis etiam ar-
gumentis rem definiens: ut, Homo est animal
rationale, capax disciplinæ. Hic cum aliqua causa
miscetur communis, itemq; propria circumstantia.

2 Atq; hæc succincta brevitatis non est in hac specie
perpetua, sed sæpe illustriorem & magnificentiorem
explicationem desiderat.

3 Sic gloria describitur in Miloniana: Sed tamen
ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio
præmiorum, amplissimum esse præmium gloriam:
hanc unam, quæ brevitatem vitæ, posteritatis memo-
ria consolaretur, quæ efficeret, ut absentes adessemus,
mortui viveremus: hanc denique esse, cujus gradibus
etiam homines in cælum videantur ascendere. Sic 4
Æneid. fama describitur:

*Exempló Libyæ magnas it fama per urbes,
Fama malum, quonon aliud velocius ullum,
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo;
Parva metu primò, mox sese attollit in auras,
Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata Deorum
Extremam (ut perhibent) Cæo, Enceladoq; sororem
Progenuit pedibus celerem, & pernicibus alis:
Monstrũ horrẽdum, ingens; cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictũ)
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot subrigit aures:
Nocte volat cæli medio, terræq; per umbram
Stridens, nec dulci declinat lumina somno:
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat urbes:
Tam ficti præviq; tenax, quàm nuncia veri.*

Tales sunt descriptiones plantarum, animalium,
in Physicis: item fluminum, montium, urbium, in
Geographis & Historicis.

CAP.

6 Causalis definitio nominatur oratio, quæ discretè causas vel omnes, vel aliquas recenset, ut rei naturam vel utrum declaret. Est autem ad finis superiori. Nam duæ causæ interiores materia & forma, revera sunt essentia rei. Sed efficiens & finalis causa dicuntur exteriores causæ, quarum tamen sæpe mentio fit in definitionibus causalibus. Ac medicorum definitiones multæ sunt causales. Genus autem plerumque inferitur ut in essentiali definitione: ut,

Lex naturæ est notitia principiorum practicum de moribus, & conclusionum inde extractarum, congruens cum regula æterna & immota mentis divinæ, quæ principia cernimus, & amplectimur firmo ad sensu, quia notitiæ eorum nobiscum nascuntur, divinitus insitæ humanis mentibus, in creatione, ut sint testimonia, quod sit Deus, & ostendant, qualis sit Deus, & regant ac judicent actiones nostras.

Multa exempla talium definitionum quotidiana vita ostendet. Præcipue autem hinc observent juniores nomina officiorum, in quibus usitatum est causas finales recitari: ut, Miles est persona Dei voluntate ad hoc opus ordinata, ut in defensione justa, vel pœna legitima, armis & quocunq; labore militari juxta vocationem pugnet pro Ecclesia Dei & pro honesta Republica.

Quæ nominatur Definitio collecta ex partibus?

7 Definitio collecta ex coacervatione partium, est oratio, recitans partes, seu essentielles, seu integrales præcipuas omnes ejus rei, quæ declaratur: ut, Philosophia est cognitio artium discendi mathematicum, Physices, & doctrinæ de moribus, quæ acie humanæ mentis intelligi & judicari potest. Pœnitentia est, expavescere agnitione iræ Dei adversus peccata nostra, & rursus erigi fide, accipiente remissionem peccatorum fiducia filii Dei, & in hac fide novam obedientiam inchoare.

Quæ nominatur definitio collecta ex accidentibus?

8 Est oratio generi vel speciei adjungens propria accidentia

6 Secunda species definitur ex suis principiis.

7 Tertia Phil. species ex suis etiam principiis definitur.

8 Quarta species similiter definitur.

1 Transitio.

2 Definitio Inartific. á genere intellecto, & forma, dissentaneo illustrata.

3 Explicatio proprietatis de huius vi & auctoritate, diversis subjectis distincta.

4 Peculiare nomen, & divisio huius generis vide p. ad. Logica partem 1.

EXPOSITO artificiali argumento, sequitur inartificiale.

2 Argumentum inartificiale est, quod non sua natura, sed assumpta artificialis alicujus argumenti vi arguit.

3 Itaque cum exquisita rerum veritas subtilius exquiritur, per exiguam vim probationis habet. In civilibus autem & humanis rebus plerunque hoc argumentum præcipuam fidem est moribus arguentis efficit, si prudentia, virtus & benevolentia adfuerint.

4 Id uno nomine Testimonium dicitur: Estque divinum vel humanum.

In divinis testimoniis numerantur non solum Deorum oracula, sed etiam responsa vatum & fatidicorum: quæ omnia 3 Catilin. adhibentur,

Nam ut illa omittam (ait Orator) visas nocturno tempore ab occidente faces, ardoremque cæli, ut fulminum jactus, ut terræ motus, cæteraque quæ ita multa nobis consulibus facta sunt, ut hæc quæ nunc fiunt, canere dum immortales viderentur. Deinde paulo post: Quo quidem tempore cum Aruspices extota Hetruria convenissent, cædes atque incendia, & legum interitum, & bellum civile ac domesticum, & totius urbis ac imperii occasum appropinquare dixerunt, nisi dii immortales omni ratione placati, suo numine propè fata ipsa flexissent. Tandem cum dixisset ut ex Aruspicum responsis ludi facti, & Jovis signum majus factum conversumque ad orientem, tum ait; Illud verò, nonne ita præsens est, ut nutu Jovis optimi maximi factum esse videatur? ut cum hodie no manè per forum meo jussu & conjurati, & eorum indices in ædem Concordiæ ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur, quo collocato atque ad vos senatumque converso, omnia & Senatus & vos (quæ erant contra salutem omnium cogitata) illustrata & patefacta vidistis. Brevius est illud Tibulli,

Quod

accidentia rei, vel talem coacervationem communi-
um accidentium, quæ discernunt eam ab aliis rebus,
ut Ignis est elementum calidum, & levitate aliis o-
mnibus antecellens. Multum hac forma utimur in
descriptionibus plantarum, item individuorum, ut
personarum discriminibus indicandis, ut Mitionem
& Demeam discernunt accidentia:

Quæ est utilitas definitionis?

9 Est hæc, ut in omni quæstione, cum docendi sunt
homines, fontem explicationis, quæ est rei definitio,
teneamus.

I AUCTORITAS.

2 Auctoritas usitatæ hîc dicitur testimonium pro-
bati artificis. 3 Constat autem in Philosophia in ma-
teriis, in quibus reperiri demonstrationes possunt, u-
niversaliter plus valere demonstrationem, quàm au-
ctoritatem. In cæteris materiis, aut antequàm demon-
stratio inventa est, credendum est probatis artifici-
bus, quia certiora sunt judicia senum, qui diu res eas-
dem cogitarunt, & sursum & deorsum, ut Plato in-
quit, volutarunt, & quasi evolutas intus contemplati
sunt, quàm juvenum, qui velut hospites primùm a-
spicere eas foris cœperunt. Impediunt enim iudicium,
ætas, novitas, & imperitia.

4 Regula. I.

Valet affirmativè argumentum ductum ab au-
ctoritate: quia perito artifice perspicuè aliquid asseve-
ranti credendum est, cum ipsi demonstrationem non
tenemus, quia artifex vidit aut demonstrationem, aut
probabilem rationem, cur ita iudicaret.

Exemplum.

Præcipuo artifice credendum est de materiis suæ
artis aliquid asseveranti. Ptolemæus, qui verè fuit
artifex in doctrina motuum cœlestium illustranda,
præstantior cæteris philosophis, quorum citatur dicta
de magnitudine solis, lunæ & terræ, tradidit solè ma-
jorem esse terra centies sexagies sexies: terram verò
majorem luna trigiesies novies, & paulò amplius.

Adsentiamur ergo huic artifice, nec furenter ri-
deamus

K

deamus

1 Hæc ita ut ad
auctore descri-
pta erat, hic re-
citatur, non ut
omnino Rameis
è regione respon-
deant.

2 Nomen.

3 Admonitio
de vi & usu, se-
rè Ramea ex-
plicatione re-
spondens.

4 Sæpe dictum
est, ejusmodi re-
gulas nihil fa-
cere ad conse-
quentiam, sed si
quid faciant, a-
xiomaticum
iudicium illu-
strare. At verò
si generalè ar-
tem absq; ris se-
quaris, nihil er-
rabis & aper-
tius expedimus-
que differes.

*Quòd si vera canunt sacris oracula templis,
 Hac illi nostro nomine dicta refer:
 Hoc tibi conjugium promittit Delius ipse
 Felix, ac alium desine velle virum.*

CAP. XXXIII. DE TESTIMONIO
humane legis & sententiae.

Testimonium humanum est commune aut proprium: Commune, ut lex & illustris sententia.

Legis autem & nō scriptæ & scriptæ testimonium est pro Milone: Est enim (judices) non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus; ad quam non docti, sed facti; non instituti, sed imbuti sumus: ut si vita nostra in aliquas infidias, si in vim, in tela, aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis.

Et ibidem: Quod si duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se telo defenderit, interfici impuné voluerūt; quis est, qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet, cū videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem, ab ipsis porrigi legibus?

Senten-

deamus artificum dicta, ut multi faciunt.

2 *Regula.*

Etsi in philosophia autoritas inter locos inferiores est, & postponenda demonstrationi, tamen in doctrina Ecclesiæ autoritas divina primus & præcipuus, & firmissimus locus est, & valet adfirmativè & negativè, quia necesse est Deum sic agnoscere, & invocare, sicut se patefecit, nec aliud de essentia Dei, aut de voluntate, aut de cæteris articulis fidei asseverandū est, quàm quod Deus tradidit in scriptis Prophetis, & Apostolicis, & symbolis. Valet consequentia;

Certum est Deum velle sic se agnosci & invocari, sicut se patefecit, & affirmat se æternum patrem, unā cum filio imagine sua, & Spiritu S. suo, omnia condidisse. Adfirmat itē se recipere & exaudire nos propter filium: Ergo sic eum agnoscamus, & mentem & oculos ad hunc Deum dirigamus, qui sic se patefecit, & sic recipi nos & exaudiri credamus, sicut voluntatem suam expressit.

3 *Regula.*

Multum valent argumenta, & à veræ Ecclesiæ auctoritate ducta, sed tamen norma sit vox divina.

Deinde in humanis seu civilibus legibus magna etiam vis est autoritatis, quia Politicæ leges quæ sunt juris positivi, ut vulgò loquimur, propter duas partiales causas valent, videl. partim propter rationem probabilem, qua honestè moveretur legislator, partim propter auctoritatem: ut, Lex lata est de strangulandis furibus: Ergo valet propter auctoritatem, cum quidem etiam probabilem rationem habeat.

TESTIMONIUM.

Ad locū auctoritatis in genere omnia testimonia pertinent, sitq; regula: Valet argumētum, cum testimonia firma sunt in quolibet genere, ut in iudicio cedis, cum reus cōvincitur veris, perspicuis & sufficientibus testimoniis, iudex bona conscientia fert sententiam de supplicio. Jam in quolibet genere qualia testimonia proferēda sint, in suis artibus traditur. Iudex in foro aliis testimoniis utitur, medicus aliis, cum te-

Sententiæ illustris sunt proverbialia: ut, Pares cum paribus facillimè congregantur. Spartam nactus es, hanc exorna. Sunt item dicta sapientum: Nosce teipsum. Ne quid nimis. Sponde, præsto est detrimentum.

Proprium testimonium est, ut Platonis illud 1 ad Q. Frat. Atque ille quidem princeps ingenii & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas Resp. putavit, si aut docti & sapientes homines eas regere cœpissent, aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. Talia sunt in Poëtis: Æneid. 6,

Discite justitiam moniti, & non temnite divos.

Sic Homericò illo versu:

(Αἶας ἢ ἐκ Σαλαμῖνος ἄλλυ δὲ νοησὶ δεκά νῆας.

Ajax autem ex Salamine duxit duodecim naves.)

Megarenenses victi ab Atheniensibus. Vivorum testimonia sunt, nō tantum cum quæritur de fundo aut cæde, & ejusmodi negotio aliquo, sed etiam obligationis, confessionis, jurisjurandi testimonia sunt.

Obligationis exemplum est 5 Phil.

Audebo etiam obligare fidem meam (P. C.) vobis populoq; Romano; quod profectò, cum me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimesceremq; in re maximè periculosa opinionem temeritatis: promitto, recipio, spondeo, (P. C.) Cæarem talem semper fore civem, qualis hodie sit, qualemq; eum maximè velle & optare debemus. Pignus autè obligatio quædam est, ut apud Virg. Ecl. 3,

*Vis ergo inter nos quid possit uterq; vicissim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne fortè recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit ubere factus)
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.*

Confessio, est libera vel expressa tormentis, quæ propriè quæstio dicitur.

Libera confessio est Cic pro Ligar. Suscepto bello, Cæsar, gesto etiam magna ex parte, nulla vi coactus, iudicio meo ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te.

Coactæ confessionis argumentum fuit contra Milonem,

testimonia quærit experimētorum. Ad testimonia pertinent sententiæ, quarum aliæ sunt γνώμαι, aliæ χρεῖαι.

γνώμαι sunt illustres sententiæ, præcepta Philosophorum de moribus, communia dicta & regulæ: ut

Ne quid nimis. Item:

*Conscia mens, ut cuiq; sua est, ita concipit intra
Pectora, pro meritis spemq; metumq; suis.*

χρεῖαι sunt propria dicta nominatorum artificum, ut Theseus dixit:

Οὐκ αἰσχρὸν αἰθρώποισιν ἀλλήλων κακί.

Non est turpe hominibus affici mutuis miseris.

Et utroq; genere sæpe utendum est. Nam cum in argumentatione plerunque major propositio, sit aliqua communis sententia, potest illustrari, aut ornari citata aliqua γνώμη, quod fit interdum sine auctoris nomine, interdum verò etiam expresso nomine ejus, cujus dictum recitamus, quia aut gratior futura est sententia, aut plus valitura propter eum, quem citamus, ut cum filiofamiliâs dicimus; Memini tuum patrem sæpe dicere, In magnis rebus nihil faciendum esse, nisi sola necessaria. Tentare non necessaria, est tentare Deum.

Quomodo autem arte tractandæ sint γνώμαι, in exercitio styli discendum est, ubi animadverti potest, quomodo aptè ad sententias referatur narratio aut argumentatio. Nisi enim ad præcepta adjungantur lectio atq; imitatio orationum, quæ à disertis scriptæ sunt, frustra ars traditur. Mirifica autem voluptas est in hac ipsa consideratione videre, quàm tempestivè homines eloquentes in gravissimis causis sententias intexuerint. Ac bona ingenia, si degustent membra illa in orationibus, melle & nectare dulciora, ultrò lectionem eorum appetent. Exempla autem ubique obvia sunt, si quem hortari velis, ut amico in calamitate opem ferat, argumenti summa talis propemodum syllogismus erit:

Virtus est grata Deo, adfici misericordia hominis ærumnoso, qui non accersit sibi malum scelere aliquo, sed fortuito casu adflactus est:

lonem, quod á Cicerone deridetur. Age veró, quæ e-
rat aut qualis quæstio? Heus, ubi Ruscio? ubi Casca?
Clodius insidias fecit Miloni? Fecit. Certa crux. Nul-
las fecit. Sperata libertas.

Huc etiam referri potest argumētum quo utimur,
cúm affirmationis nostræ approbationem & experi-
entiam proponimus. 4 Verrina, Ecquis Volcatio, si
sua sponte venisset, unam libellam dedisset? Veniat
nunc, experiatur: recto recipiet nemo. Ter. Eunuch.

— *Fac periculum in literis,*

*Fac in palestra, fac in musicis; quæ liberum
Scire equum est adolescentem, solertem dabo.*

3 Trist.

*Quod magis ut liqueat, né ve hoc ego fingere credar,
Ipse velim pœnas experiare meas.*

Jusjurandum etiam testimonium est, quale est 6
Æneid.

*Per superos, & si qua fides tellure sub ima est,
In vitus, regina, tuo de littore cessi.*

Reciprocatio hîc obscurior est, ut quia testatum
verum sit, testis sit etiam verax.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

1 Peculiaris tractatus, de comparata disputatione, seu quæstio-
nis & tertii argumenti comparata consideratione. á P. Ramo non
instituitur. Est enim ejusdem artis, per sua distincta instrumenta,
tum simpliciter, tum comparatè aliquid considerare & disputare.
Itaq; ubi Quæstio est comparata, ea comparatio est in argumentis
seu terminis, unde Quæstio constat: & sic etiam tertium argumen-
tum per comparationem adhibetur, per idem commune & gene-
rale comparatorum instrumentum. Lex igitur καθόλου separa-
tos ejusmodi tractatus præcidit, & res is propositas ad sua genera-
lia capita revocat, in quibus talem earum vim ostendit. Compara-
ta igitur sunt omnis Entis & non entis, ideog; cujuscunque etiam
comparatae quæstionis.

2 Regulae illæ sunt admonitiones & consilia, utilia illa quidem,
sed quæ generalis artis ductu sua sponte homini sano & prudenti
patent. Ejusmodi autem in instituenda & exercenda juventute
ad artis usum illustrandum, adhiberi, & plura etiam ex generali-
bus fontibus, rerumq; disciplinis deduci possunt.

FR.

Nunc autem isti bellum Turcicum omnes fortunas eripuit:

Quare adfici misericordia ipsius pium est.

Major propositio etiam sine ornamentis aliis recitata, erit gnome, ut plerunq; fit in materiis moralibus. Sed illustrari tamē potest aliorum dictis, & imaginibus, videlicet hoc modo: Theseus apud Euripidē lavat ipse suis manibus ducum ad Thebas interfectorum cadavera. Id funestum officium, cū rege indignū videretur, addita est honestissima ratio, ex communi hominum fœdere sumpta: Non est turpe hominibus adfici mutuis miseriis. Potest autē addi hæc amplificatio, collato illustriori exemplo: videlicet hoc: Sed nos in Ecclesia exemplum habemus filii Dei, qui in sese derivavit summa mala generis humani, ut nos liberaret. Talia ornamenta & in lectione bonorum scriptorum observent juniores, & imitari in scribendo, & loquendo discant.

DE COMPARATIONE.

IVTIMUR locis aut in simplici quæstione: ut, an cælum sit finitum? aut in comparata: ut, cū Medicus quærit, unde sint insomnia, utrum ex cerebri siccitate, seu calore nimio, seu ex cruditate in ventriculo, non edente halitus somno utiles.

2 Traduntur hîc regulæ, quæ tamen sumuntur ex iisdem locis.

1 Regula.

Inventa seu animadversa demonstratione in speculabilibus aut practicis, manifestum est, rejiciendam esse contrariam imaginationem, ne dubitatio de comparatione maneat: ut, Cū scit Curius revera Catilinam moliri seditionem, statuit jam sine dubitatione fugiendam esse ejus amicitiam.

2 Regula.

In speculabilibus ambiguis, cū duo verisimilia proponuntur, quæritur, utrum sit verisimilius: ut, cū de iride quæritur, quæ sit causa arcus?

K 4 3 Re-

1 Exemplum quod potius ex dissentaneis causis, quàm comparatis videatur, nisi aliter enuncietur.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible section header.]

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

FR.



3 Regula.

In practicis comparatio fit de electione. Sunt autem eligenda bona, & mala fugienda. Et in his gradus sunt, honestum, utile, suave. Hæc si non sint conjuncta, honestum anteferendum est. Ac ut antea dixi, animadversa demonstratione, contrarium sine dubitatione rejiciatur: ut, Danieli non dubium est mortem anteferendam esse adorationi statuæ, scit Deo in confessione obediendum esse, etiamsi hæc vita corporis amittenda sit.

Sed multa sunt ambigua in practicis: ut, cum querunt Athenienses, utrum defendant se contra Philippum, an verò pacem petant mediocribus condicionibus sine scelere. Hic fit collatio, utrum sit eligendum bellum, an pax: in qua etsi pactio sceleris nulla erat, quam multa incommoda sequebantur. Sed Demadi videtur in bello plus mali fore. At inter duo mala, id quod minus malum est, eligendum est. Sed nihil fit sceleris in eo, quod eligitur.

Ita cum latro minitatur mortem viatori, nisi pecuniam exhibeat, minus mali est amittere pecuniam, quam vitam. Etsi esset honesta defensio, tamen si est impossibilis, aut nimis periculosa, eligat minus malum, scilicet amissionem pecuniæ.

Ita cum Iudæa redacta esset in formam provinciæ, nato jam Christo, & Romani magistratus exercerent superiorem jurisdictionem, ut usitatè vocamus: Et tamen in doctrina de Deo, & cæremoniis concessissent Judæis *αὐτονομίαν*, sæpe Judæi disputarunt, utrum bellum movendum esset contra Romanos, & armis recuperanda integra libertas, præsertim cum Deus promisisset huic populo libertatem & defensionem. Fuit hic quoq; dubitatio, utrum eligendum esset bellum, an pax, in qua servitus erat satis dura & tristis. Sed tamen haud dubiè Zacharias & similes judicârunt, tolerandam esse servitutem, & argumenta contraria explicarunt:

Deus promisit defensionem Ecclesiæ,

Ille populus erat Ecclesiæ,

Ergo

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Fr



Ergo á Deo defendetur.

Hic responderi potuit, totum Syllogismum verum esse. Nam & tunc defendebatur & servabatur Ecclesia á Deo, cum Deus pœnam ita mitigasset, ut populus haberet *αὐτονομίαν* in doctrina, etiam si politicam gubernationem Romani tenerent. Quod veró obiciebatur, Israelitis promissam esse libertatem, scire pios oportet, promissiones bonorum corporalium intelligendas esse, cum exceptione castigationis, ut in Psalmo dicitur: *Visitabo in virga iniquitates eorum, misericordiam veró non amovebo ab eis.*

Ita in deliberationibus sæpe collationes fiunt, quarum dijudicatio ex veris fontibus sumenda est, videlicet ex illis ipsis artibus, ad quas materia pertinet, & videndum est, ne vitiosæ consequentiæ in syllogismis texantur, ut in syllogismo Iudæorum adversantium Jeremiæ:

Deus servat Ecclesiam,

Nos sumus Ecclesia:

Ergo sic servabimur, ne Chaldei deleant Jerosolyma.

Hic plus est in conclusione, quàm in præmissis.

DE NOMINIBUS DISTINCTIONUM.

Quid est Distinctio?

I Doctrina distinctionum est quasi numeratio, ostendens quæ jungi, & quæ divelli oporteat: ut, Aliud est Deus, aliud creatura, aliud substantia, aliud accidens.

Quotuplex est Distinctio?

Distinctio est Realis, & Rationis.

Quid Realis?

Realis est rerum diversitas, non imaginatione tantum facta, nec á volúate nostra instituta, sed quarum naturæ sunt aliæ: ut, Aqua & frigus.

I Regula.

Realiter distinguuntur omnia, quæ separari possunt: ut, Aqua á frigore: Anima á notitia: Virtus á vitio.

2 Re.

FR. BEURHUSII NOTÆ COLL.

De distinctionibus in P. Ramo tractatus peculiaris nullus, ut nec de unitate & idēitate: & tamen tota illa doctrina multo plenius & clarius in eisdem inveniendi generalibus præceptis continetur. Nam ut tota consentaneorum doctrina simpliciter: Ortorum verò conjuncte & symbolicè unitatem identitatēq; ita tota Dissentaneorum doctrina differentias, & distinctiones sua antithesi arguit. Quot igitur sunt primorum consentaneorum genera, tot sunt primi & simplices fontes modiq; unitatis. Quot verò Dissentaneorum genera tot etiam modi differentiarum & discriminum. Itaq; ut Dissentanea alia sunt tantum rationis, nempe Diversa, alia rationis & rei, nempe Opposita: ita & distinctiones differentiaq; alia sunt tantum rationis, alia rationis & rei: atq; hæc porro Disparatæ aut contrariæ per relata, adversa, contradicentia & priortantia: cum videlicet disparatæ aut contrariæ essentia, & rerum forme opponuntur. Rationis igitur distinctio est diversorum, Realis verò oppositorum. Per comparata aut quantitatum & qualitatum comparata distinctiones efficiuntur. Neque enim Ramæ Inventio est tantum inveniendi iudex sed simul commune rerum, vocum, significationum, unitatum, & differentiarum considerandarum & arguendarum instrumentum. Atq; ideo Ramus in hanc unicam & tam brevem ac facilem artem aliorum variè dispersos tractatus includere potuit, &c.

P. R A M I

2. Regula.

Quæ subjectis distinguuntur, realiter distinguuntur: ut, Opinio, & affectus.

Quid est distinctio Rationis?

Distinctio Rationis est, cum cogitatio aut voluntas facit discrimen in re una & eadem: ut, idem aër & superior & inferior, superior terra, & inferior luna. Una eademque anima est substantia intelligens & appetens.

Sic unicæ rei plures fines affinguntur nostra cogitatione: aut uni rei plures personæ attribuuntur: ut, Idem Roscius aliàs est Palamedes, aliàs Ulysses,

In Ecclesia verò additur ad hæc duo nomina distinctionum, & aliud tertium, scilicet distinctio essentialis, quæ in creaturis nihil differt à reali, Plato & Aristoteles distinguuntur realiter & essentialiter. Sed personas divinitatis dicimus distingui realiter, non essentialiter. Sic in Ecclesia loquimur, & quæ sit sententia, suo loco copiosius dicendum est. Cætera nomina distinctionum relinquo, nec de eis certamina moveo, videlicet distinctione formali.

Finis Inventionis.

E PHIL-

P. RAMI DIALECTICÆ
LIBER SECUNDUS,
qui est de Judicio.

CAP. I. QUID JUDICIUM.

I ADHUC prima Dialecticæ artis pars fuit in Inventionem: pars altera sequitur in Judicio.

Judicium est secunda pars Logicæ, de disponendis argumentis ad bene judicandum. Certa enim dispositionis regula unumquodque judicatur: unde hæc pars Logicæ & Judicium, & Dispositio pro eodem dicitur.

F. BEUR. NOTÆ COLL.

Voces] *Judicium Logicum est doctrina de judicio certa dispositione formando. In vocibus autem seu prædicabilibus talis doctrina non est, sed tantum formatum judicium, quale in omnium artium præceptis est, de rebus, quæ ipsis subjiciuntur.*

CAP. II. DE AXIOMATIS AFFIRMATIONE & negatione.

JUDICIUM est axiomaticum, vel dianoeticum.

2 Axioma est dispositio argumenti cum argumento, qua esse aliquid aut non esse judicatur. Latine Enunciatum, Enunciatio, Pronunciatum, Pronunciatio, Effatum dicitur.

F. BEUR. NOTÆ COLL.

1 Dispositio est proprium axiomatis genus. Oratio est totum illud, quod trium generalium artium artificio compositum est aut aliqua ejus pars.

Unica & integra] *At in composita seu hypothetica est multiplex sententia, & sic oratio. integram esse, redundat & alienius est, satisq; ex definitione legitima intelligitur.*

Verum] *Lex καθόλου aliquid generalius & altius, nempe esse & non esse, hic ex tota axiomatis essentia, & mox ex adjunctis affirmationis & negationis affectionibus, illud verum & falsum, tanquam paulo inferius enunciat, ut in Ramo jam sequitur.*

Textus Rami.

1 Transitio perfecta à verè simplicib. vocibus, id est, nudis argumentis, ad dispositionis judicium.

2 Definitio à genere, subjecto & fine.

In utraq; voce est Synecdoche membri.

Textus Rami.

3 Dichotomia. 1 Definitio à genere, subjectis & fine.

Contra κατά παντός & καθόλου.

3 Hoc gramaticum & contra κατά παντός est, quia etiam aliorum modorum esse possunt, ut usus docet.

2 Axio-

**E PHILIPPI MELAN-
CHTHONIS DIALECTICÆ**
libro secundo & tertio, paucis é primo
etiam & quarto huc adsumptis.

HACTENUS de simplicibus vocibus: nunc de
earundem compositione in Propositionibus.
Doctrina autem de propositionibus est ad formanda
judicia juniorum necessaria, *lib. 2.*

2 Judicatrix illa pars est, quæ discernit voces, judi-
cat quæ recté connectantur, quæ non recté jungantur.
Discernit & Propositiones, & judicat, quando recté
cohæreant membra in Syllogismis, & cæteris formis
argumentorum, *lib. 4.*

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

3 (De illa judicii dichotomia hic autor ita aperté nihil.)

1 Propositio est oratio indicativa, unica, & integra,
verum aut falsum, sine ambiguitate verborum, signi-
ficans: 2 ut, Sol movetur: Alexander vicit Darium.

3 Necessè est Propositiones orationes indicativas
esse, ut sint asseverationes perspicuæ & firmæ, quales
in docendo requiruntur.

4 Atque hæc est utilitas Propositionum, ut longæ
disputationes ad certas & asseverantes Propositiones
revocentur.

1 *Divisio Propositionum.*

5 Propositionum aliæ Categoriæ, aliæ Hypothe-
ticæ, &c. vide infra.

Textus Phil.

1 *Transitio sed
angustior á præ-
dicabilibus &
prædicamentis
ad propositio-
nes.*

*Lex καθόλου
eam faceret á
tota inventione
ad totum judi-
cium.*

2 *Descriptio
judicatricis par-
tis á subjectis
seu partibus.*

1 *Descriptio á
genere, adsun-
ctis & sine.*

2 *Exempla.*

3 *Admonitio
de proprietate
quadam, &c.*

4 *Exponit sine
quasi summo,
sed ut verus ille
sit, consideretur*

5 *Ponitur ut
ordo auctoris
appareat.*

2 *Divi-*

Textus Rami.

2 Prima distributio ex adjunctis affectionibus. eaq; duplex.

Atq; hæc natura prior est.

3 Definitiones eformis.

4 Peculiaris affectio ex præcedentium in eodem oppositione.

Not. Coll.

Textus Rami.

1 Altera affectionum communium divisio, de ipso iudicio ejusque fructibus.

2 Definitiones & porro divisiones eformis oppositis.

3 Fructus & nomen contingentis iudicii.

4 Commendatio necessarii affirmati ab adjuncto honorario nomine, seu nota peculiari.

2 Axioma est Affirmatum aut Negatum.

3 Affirmatum est, quando vinculum ejus affirmatur. Negatum, quando vinculum negatur.

4 Hinc nascitur axiomatum contradictio, quando idem axioma affirmatur & negatur.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

P. Ramus ex lege catholica duas communium axiomatis affectionum divisiones unam in affirm. & negat. alteram in verum & falsum generibus ipsis ideo præmittit, quod in hac illa pariter cadant. D. Ph. Mel. more quodam varias divisiones enumerat, siue ea communes sint, siue alterius generis propriae, & plerasq; soli Categorice videtur attribuere.

CAP. III. DE VERO ET FALSO.

1 Axioma deinde est Verum aut Falsum.

2 Verum est, quando pronunciat uti res est. Falsum, contra.

Axioma verum est contingens, aut necessarium.

Contingens est, quando sic verum est, ut aliquando falsum esse possit: ut,

Audentes fortuna juvat —

Fac. n. id esse hodie verum, cras falsum esse poterit.

3 Itaque veritatis hujus contingentis iudicium, Opinio dicitur: quæ præteritorum & præsentium homini certa esse potest, futurorum per naturam non admodum potest, quamvis Deo tempora omnia præsentia sint. Itaque Martialis Priscum merito cavillatur:

Sæpe rogare soles, qualis sim, Prisce, futurus,

Si fiam locuples simq; repente potens

Quenquam posse putas mores narrare futuros?

Dic mihi, si fias tu leo, qualis eris?

Necessarium est, quando semper verum est, nec falsum potest esse: 4 Et illud affirmatum appellatur κατὰ πάντος, de omni.

Impossibile contra, quod de nullo unquam verum esse potest.

Axiomata artium sic κατὰ πάντος esse debent: sed præterea Homogenea, & Catholica.

Axioma

2 *Divisio Categorica.*

6 Propositionū alia est affirmativa, alia negativa.

7 Affirmativa est, quæ asseverat aliquid adesse, seu inesse subjecto: ut, Paries est albus.

Negativa, quæ asseverat aliquid abesse subjecto per particulam negativam, cōveniente loco positam: ubi veré removet prædicatum á subjecto.

Accidit propositioni oppositio, quæ est dissonantia duarum propositionum, quarum altera est affirmativa, altera negativa, eorundem extremorum, sine ulla ambiguitate intellectorum. Vide infra.

3 *Divisio.*

(Propositionum aliæ sunt universales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ, aliæ singulares, sed ea infra locum habet.)

4 *Divisio.*

1 Propositionum alia vera est, alia falsa.

2 Vera est asseveratio cum re consentiens.

Falsa est oratio dissentiens á re.

5 *Divisio.*

Propositionum aliæ sunt necessariæ, aliæ contingentes, aliæ impossibiles.

Contingentes sunt, in quibus accidentia communia de subjectis prædicantur: ut, Aqua est calefacta. Harum propositionum materia vocatur contingens.

3 Propositionum de futuro contingenti, quod pendet ab humana voluntate, aut materia elementi, quæ agitur incertis motibus, non est determinata veritas in mente humana. Et quanquam Deus omnia prævidet, tamē nec prævisio adfert eventui necessitatem, nec mens humana cernit divinam prævisionem, &c. (*Vide ibidem reliqua.*)

Necessariæ sunt, in quibus de Specie aut Genus, aut Differentia, aut Proprium, aut tota definitio prædicatur: ut, Homo est animal rationale. Harum propositionum materia vocatur, Naturalis.

Impossibiles sunt, in quibus pugnantia junguntur, aut species disparatæ, ut cæcitas est visus. Harum materia remota dicitur.

6 *At lex καθόλου etiam hypothetica attribuit, ideoque de toto genere enūciat.*

7 *Defin. ex iis, quæ formā consequuntur, seu ejus effectus. Peculiare accidens, sed id latius, quam contradictio vagatur. Vide infra suo quæq; loco. Ponitur ut his ordo pateat.*

1 *Divisio eadē sed non eodem modo adhibita.*
2 *Definitiones eadem cum Ramis. Contra legē catholicam, hic cū veri speciebus falsi species inæqualiter enunciatur.*
3 *Hæc ad finem propositionum modalium traduntur, lib. 2.*

Nimis angustè ad certa illa argumēti genera adstringuntur: cum etiam fiat ex aliis, ut contrarius, integro & mēbris, &c.

Ufus præcipuus illius notæ indicatur: sed & duæ aliæ, majoris accurationis gratia, copulato præcepto adduntur.

Atq; in illis est essentialis prædicatio.

Sanctio & distinctio legum à finibus.

Fructus nomēque iudicii.

Transitio.

1 Secunda primaria divisio, nempe generis in species.

2 Desin. à genere intellecto & forma.

3 Accommodatio prioris affectionis communis.

4 Proprietas qua & ab argumētis & à composito distinguitur, exemplorū analysi declarata.

5 Altera proprietas tum de subjectis huic generi argumētis, tum de adjuncto enunciandi modo.

6 Divisio simp.

7 Desin. à forma essentiali, non ex adjunctis signis.

Axioma Homogeneum est, quando partes sunt essentielles inter se, ut forma formato, subjectum proprio adjuncto, genus speciei. Id appellatur καθ' αὐτό, per se. Axioma Catholicum est, quando consequens semper verum est de antecedente, non solum omni & per se, sed etiam reciprocè: ut, Homo est animal rationale, &c. Id appellatur καθόλα πρῶτον, universaliter primum. Tres hæc sunt leges documentorū artis priorum. Prima, κατὰ παντός, lex veritatis: Secunda, καθ' αὐτό, lex justitiæ: Tertia, καθόλα πρῶτον, lex sapientiæ dicatur. Atq; ejusmodi axiomatum ita Catholicorum iudicium, verissima & prima scientia est.

CAP. IIII. DE AXIOMATE
simplici.

ATQUE hæc de communibus axiomatis affectionibus, species sequuntur.

1 Axioma est Simplex, aut Compositum.

2 Simplex est, quod verbi vinculo continetur.

3 Itaq; affirmato vel negato verbo, affirmatur vel negatur: ut, Ignis urit: Ignis est calidus: Ignis non est aqua. Hic (Ignis) est antecedens (Urit) consequens.

4 Atque hic prima est inventarum rerum dispositio, causæ cum effectu, ut in primo exemplo; subjecti cum adjuncto, ut in secundo; dissentanei cum dissentaneo, ut in tertio.

5 Quo modo argumentum quodlibet enunciari potest (exceptis plenis comparationibus & distributionibus) consentanea quidem affirmando, dissentanea negando.

FR. BEURHUSII NOTAE COLL.

4 P. Ramus nec simplex, nec compositum axioma dividit in membra, sed quia generatim axioma desinuit, dispositionem argumēti cum argumento: inde intelligitur, duo illa argumenta esse duas axiomatis partes, &c.

6 Axioma simplex est Generale, aut Speciale.

7 Generale est, quando commune consequens attribuitur generaliter communi antecedenti,

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

7 Axiomatis sententia, quam solam Logica spectat, est interioris mentis ac sensus: signa illa sunt exterioris sermonis, quæ per se non faciunt

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

Nihil hoc loco Phil. & alii de aureis illis Philosophia & artium legibus, ex honorariis illis axiomatis necessariis affirmati notis: sed eas plerique in Demonstrationis syllogismo ideo tradunt, quod ejus partes ejusmodi debeant esse axiomata. At vero quia ad Syllogismi partes, ideo ad axiomata doctrina illa pertinet. Omnis enim Syllogismus ex axiomatis exstruitur, sive necessaria ea sint, sive contingentia, ejusque consequentia semper est necessaria, sive questionem necessariam, sive contingentem concludat. Neque enim Syllogismus propositi axiomatis seu questionis affectionem veritatemque mutat, sed talem, qualis sua natura est, eam esse, alicui dubitanti, consequentia necessitate demonstrat. Itaque in Syllogismo duplex iudicium concurrens, Axiomaticum sive primum in partibus, Syllogisticum sive secundum in vi consequentiae, Syllogismi legibus aestimanda. Unde, si placet, dicatur Syllogismus demonstratorius, cuius omnes partes sunt axiomata necessaria, Dialecticus seu probabilis ex partibus contingentibus: sed inde Syllogismus talem in arte divisionem non capit: quia illa differentiae nihil ad Syllogismum, sed ad axiomata tantum attinent.

1 Propositionum aliae sunt Categoricalae, aliae Hypotheticae.

2 Categoricala est unica, simplex, indicativa oratio, quae perspicua adseveratione unum quiddam affirmat, aut negat: ut, 3 Sol est major terra. Luna non est major terra.

4 Propositionis Categoricalae partes sunt tres, Subjectum, Praedictum, & Copula.

Subjectum est in Grammatica constructione prior Nominativus, de quo aliud dicitur.

Praedictum est descriptio sequens copulam, seu est verbum nomini attributum.

Copula est verbum Substantivum, quod est vinculum, quo praedictum subjecto alligatur; quanquam etiam in verbis inest copula per se, quando ipsa sunt praedictum.

6 Propositionum aliae sunt Universales, aliae Particulares, aliae Indefinitae, aliae Singulares.

(Est in Phil. 3 Divisio, ut antea attigi)

Universalis est, in qua signum universale additur Subjecto, ut complectatur omnia de quibus Subjectum dici potest; ut, Omnes stellae sunt corpora lucida.

L 2

Signa

Textus Phil.

1 Hac in Philippo prima divisio est, ut antea notatum.

2 Definitio a genere alieno & adjunctis.

3 Exempla.

4 Partitio quaedam.

Scholastica partium appellationes.

Ramo antecedens & consequens argumentum seu pars dicitur.

Copula non pars, sed partium vinculum est.

Ramus infinitae propositionem revera & enunciandi sensu, omnino nullam esse docet.

faciunt sententiam generalem, aut specialem, sed aliquando distinguunt. Plurima autem absq; signis enunciatur. Quare axioma generale non a signis illis, sed a sua essentiali proprietate definiendum est, ut P. Ramus fecit.

Textus Rami.
& Regula proprii iudicii generalis contrad.

& Atque hinc contradictio non semper dividit verum & falsum: sed contingentium utraque pars falsa potest esse: ut,

*Omnis in urbe locus Bajis praelucet amenis,
Nullus in urbe locus Bajis praelucet amenis, i. necessarii falsorum.*

Item non contingentium; ut,
*Omne animal est rationale,
Nullum animal est rationale.*

Definitio

Axioma speciale est, quando consequens non omni antecedenti attribuitur: & hinc Contradictio semper dividit verum a falso.

Divisio.
Definit.

Speciale est Particulare, aut Proprium.

Particulare quando consequens commune antecedenti particulariter attribuitur: Huic autem axiomatici generaliter contradicitur: ut,

*Aliqua clementia non est laudabilis,
Omnis clementia est laudabilis.*

FR. BURHUSII NOTAE COLLAT.

De infinita Ramus nihil: quia ea non est vera axiomatis species, sed sententia vel generalis vel particularis, ut & ipse D. Phil. ait, eam significare ideam, id est generalem vel particularem esse. Si autem obscuritas sit, id sermonis, non Logica vitium est.

Definitio.

Axioma Proprium est, quando consequens antecedenti proprio attribuitur: ut,

Fabulla est bella

Cujus negatio & contradictio est,

Fabulla non est bella.

CAP. V. DE AXIOMATE COPULATO.

Definitio.

AXioma compositum est, quod vinculo conjunctionis continetur.

Itaque

Signa universalia sunt, Omnis, Quilibet, Nullus, Nemo. Item particulae exclusivae, Solus, Tantum.

FR. BEURHUSII NOTAE COLL.

s. D. Philippus nihil de illo Contradictionis generalis iudicio.

Oppositio contraria continet duas universales: ut,
Omnes dies artificiales sunt aequales,
Nulli dies artificiales sunt aequales.

(Separatim infra de Oppositione hoc traditur.)

Particularis Propositio est, in qua signum particulare subiecto additur, ut complectatur non omnia, sed aliqua, seu multa, seu pauca, de quibus subiectum dicitur: ut,

Aliqui homines timent Deum,

Aliqui homines non timent Deum.

Hae oppositio contradictoria infra dicitur.

Indefinita est, in qua subiectum est vocabulum commune, sine signo positum, significans alias *Ideam, alias particulariter: ut,

Anima hominis est immortalis,

Anima hominis non est immortalis.

Hae etiam oppositio Contradictoria infra dicitur.

Singularis est, in qua subiectum est proprium nomen, seu individuum:

Marcus Cicero est Orator,

Marcus Cicero non est Orator.

Oppositio etiam Contradictoria.

(Hic de equipollentis signorum: quae cum Oppositione & Conversione ad finem huius doctrinae rejecta sunt.)

Tertio libro subicit syllogismum Categoricalum, ac deinde Hypotheticas propositiones cum Hypothesico syllogismo.

Propositio Hypothetica est oratio, in qua duae Categoricalae contextuntur per Grammaticam particulam, conjunctionem, nec est unius rei adseveratio: ut, *Si emisti, debes precium dare.*

Descriptio.

Descriptio.
* i. generalis
sententiam.

Ph. lib. 2, de axiomatica simplici tradit eiq. solitribuit omnes divisiones affectionum, additque equipollentes Oppositiones, Conversiones, & Modales.

Itaque é conjunctione affirmata vel negata, affirmatur vel negatur. Contradictionisque pars vera est, pars falsa.

*Dichotomia in
duo proxima
genera.*

Defin.

*Regula de sub-
jectis & modo.*

Divisio.

Enunciatum compositum est pro sua conjunctione Congregativum aut Segregativum.

Congregativum, cujus Conjunctio est congregativa.

Congregativum enunciat omnia consentanea affirmando, omnia etiam dissentanea negando.

Est veró Copulatum aut Connexum.

Defin.

Copulatum, cujus conjunctio est copulativa: ut, 1
Æneid.

*Uná Eurus q₂, Notus q₂ ruunt, creber q₂ procellis
Africus. —*

Hic igitur negatio erit & contradictio:

*Non uná Eurus q₂, Notus q₂ ruunt, creber q₂ procellis
Africus. —*

*Regula de ac-
commodando
huc communi
judicii prae-
cepto.*

Verúm enunciati Copulati judicium pender ex omnium partium veritate, falsum saltem ex una parte falsa.

Observat.

Huic generi affine est Enunciatum relatæ qualitat, cujus conjunctio est ipsa relatio: ut,

*Tale tuum carmen nobis divine poeta,
Quale sopor fessis in gramine. ---*

Demonstratio.

Hic copulatum judicium est, tanquam diceretur. Sopor est fessis gratus, & sic tuum carmen nobis est gratum: cujus negatio est,

*Non tale tuum carmen nobis divine poeta,
Quale sopor fessis in gramine. —*

CAP. VI. DE AXIOMATE

connexo.

AXIOMA connexum est congregativum, cujus conjunctio est connexiva, Si: ut, 2 Æneid.

--- Si miserum fortuna Sinonem

Finxit, vanum etiam mendacem q₂ improba finges.

Cujus negatio est,

Non si miserum fortuna Sinonem

Finxit, vanum etiam mendacem q₂ improba finges.

Con-

(Libro tertio in syllogismis Hypotheticis hac doctrina miscetur.)
Hypotheticæ species sunt tres: Conditionalis, Copulativa, & Disjunctiva.

(Illa accurata tum generum distinctio, tum è subjectis & adjunctis modis explicatio, ad iudicij accuratationem valde necessaria, ab aliis Logicis non traditur.)

2 Copulativa est, in qua duæ Propositiones junguntur per particulam copulativam: ut,

Et mortuus est Christus, & ex morte revixit.

Ad veritatem Copulativæ requiritur, ut utraque pars sit vera.

Conditionalis propositio est, cui præponitur particula, Si, quæ significat Propositionem totam nihil asseverare, nisi posita causa, vel modo, quem particula, Si, designat: ut,

Si Pharaeo obtemperabit Mosi, non peribit.

Lib. 3, ubi statim tales Syllogismos docet. Reg. propriæ iudicij.

Descrip.

L 4 Regula

Cōjunctio etiam hæc interdum negatur apertius, negando consequentiam: ut pro Amer. Non continuo si me in ficariorum gregem cōtuli, ficarius sum. De Fato, Nec si omne enunciatum verum est aut falsum, sequitur illico causas esse immutabiles.

Affirmatio enim significat, si sit antecedens, etiam consequens esse. Negatio itaque & Contradictio statuit, si sit antecedens, non ideo Consequens esse.

Quare cūm judicabis connexum absolutē verum esse, necessarium quoque judicabis; & intelliges hanc necessitatem ē necessaria partium connexione oriri, quæ ipsa potest esse vel in falsis partibus: ut,

Si homo est leo, est etiam quadrupes.

Necessarium connexum est.

At si connexio sit contingens, & pro sua tantūm probabilitate ponatur, judicium ejus tantūm opinio fuerit: ut Terent. Andr.

Pamphile, si id facis, hodie postremūm me vides.

Connexo axiomati affinis est ista consequentiæ relatio: ut,

Cūm Tullius sit orator, est etiam peritus bene dicendi.

CAP. VII. DE AXIOMATE discreto.

Axioma segregativum est, cujus conjunctio est segregativa: ideoq; argumenta dissentanea enunciat.

Enunciatum segregativum est Discretum, vel Disjunctum.

Discretum cujus conjunctio est discretiva. Itaque ē dissentaneis præcipuē diversa enunciat: ut Cic. 5. Tuscul. *Quanquam sensu corporis judicentur, ad animum referri tamen.*

Cujus negatio & contradictio est: *Non quanquam sensu, &c. vel non tamen.* Nam, Tamen, est hic conjunctio præcipua.

Discretum enunciatum judicatur esse verum, & legitimū, si partes non solūm veræ, sed etiam discretæ sint, falsum vel ridiculum contra.

CAP. VIII. DE AXIOMATE disjuncto.

Axiom.

*Propria Reg.
de priore com-
munis affectio-
nis modo.*

*2 Altera de al-
tero modo hic
spectando.*

Observatio.

Definitio.

Dichotomia.

Definitio.

*Proprii judicii
regula.*

Regula de veritate conditionalium.

Conditionalis nihil adseverat, nisi posita causa vel modo in antecedente: ut, *Si avis volat, habet pennas.* Hæc nihil statuit, sed quærenda est alterius partis veritas, quæ explicatur in integro Syllogismo.

*Proprii iudicij
regula.*

Nihil D.Phil. de hac observatione, & deinceps de Discreto.

Disjun-



Definitio.

De vi prioris
modi.

De altero mo-
do, i. proprio ju-
dicio ex com-
muni distincto.

AXIOMA disjunctum est axioma segregativum,
cujus conjunctio est Disjunctiva: ut,
Aut dies, aut nox est.

Hic significatur e disjunctis unicum verum esse:
Negatio igitur erit Contradictio:
Non aut dies est, aut nox est.

Et contradictione significatur, non necessarió alte-
rum verum esse. Nam si Disjunctio absoluté vera
est, est etiam necessaria: partesque disjunctæ sunt op-
positæ sine ullo medio. Veruntamen quamvis ab-
soluté vera disjunctio, necessaria quoque sit: tamen
nihil necesse est, partes separatim necessarias esse: ut,
Homo est bonus, vel non est bonus.

Disjunctio necessaria est: & tamen, Homo est bo-
nus: non est enunciatio necessaria: nec, Homo non
est bonus. Sed disjunctionis necessitas pendet ex
necessaria partium oppositione & disjunctione, non
ex earum necessaria veritate.

Disjunctio autem plerumque est ex Conditione,
ut si quærat: Utrum Cleon venerit, an Socrates:
quia ita pactum sit, alterutrum tantum venturum esse.

Itaque si Disjunctio sit contingens, non est abso-
luté vera, & tantum opinabilis est: qualis est frequen-
ter in hominum vita. Ovid. in epist. Leandri:

*Aut mihi continget felix audacia salvo,
Aut mors solliciti finis amoris erit.*

F. BEUR. NOTÆ COLL.

I, De æquipollentiis.

Particularum, ut omnium vocum ad significatio & structura
ad Grammaticam pertinet, significatio veró est observationis, quæ
fit Logico artificio & lexicis adjuvatur.

Itaq, ut tota vocum, ita & æquipollentiarum doctrina e Logica
excludi debet.

Dialectica ars Mentis & Rationis est, ideoq, primùm mente
argumenta cogitat, eorumque vim suis definitionibus ac præceptis
metitur, deinde eorundem dispositionem similiter cogitatione me-
ditatur, an simplici sententiæ, eaq, generali vel speciali, an composita
utendum sit: quod simpliciter de Syllogismo intelligendum. Si aut-
tem Dialecticus sermone animi sensa & concepta exprimere ve-
lit, ejus sermonis, quo utetur, proprietates & ratio Grammatica
legibus

Disjunctiva Propositio est, in qua duæ Proposi-
tiones junguntur per particulam disjunctivam: ut,

Aut voluptas est finis hominis, aut virtus.

Ad veritatem disjunctivæ satis est alteram partem
esse veram: ut,

Stuprum offerens virgini, aut ducat eam, aut det dotem.

Lege Attica erat oratio disjunctiva, at lege Mosaica
erat copulativa: Stuprum offerens virgini & ducat
eam, & de suo dotem constituat.

Descriptio.

*Proprii iudicij
regula.*

EX LIBRO II PHILIP.
DIALECT. QUÆDAM, QUÆ CA-
tegorico, id est, simplici Axiomati ab
auctore adduntur.

I, De equipollentiis signorum.

Ufus particularum á Grammaticis discendus est:
Equipollentia & vis Propositionum, in particulis
ac phrasibus est observanda, quæ in diversis linguis
dissimilis etiam est: quanquam hæc tota observatio
Grammatica est, & in Grammaticis exercitiis discen-
da: ut,

*Appendix que-
rundam Logi-
ca non ita pro-
priorum, quib.
doctrina de Con-
tradictione mi-
scetur.*

Non

legibus aſtimabitur, & vocum ſignificatio propria ex uſu obſervabitur, modificata autem Rhetoricæ præceptis diſtinguetur. Et ſic ab aliis diſputata etiam retexentur.

Itaq; ad Logicam vocum æquipollentium & phraſeos explicatio præcipuè nihil attinet, niſi quatenus vocum ſignificatio generatim argumentorum definitionibus exprimitur: præſertim cum ea in diverſis linguis omnino diſſimilis ſit. Sed Præceptores in ſcholis ejuſmodi omnia ad ſermonem & ornatum pertinentia tum ex Grammatica & Rhetorica, tum ex uſu bene loquentium & dicentium demonſtrabunt. Neque enim vel Dialectica vel Grammatica & Rhetorica ſignificationes vocum docent, ſed ea Logico artificio ex uſu obſervandæ & notandæ ſunt, Rhetorico autem modificatæ & propriis diſtinguendæ.

Latina, Græca, Hebraica, Germanica & aliarum linguarum phraſes tum ex ipſarum Grammaticis, quantum hæ præſtant, tum ex bene loquentium uſu, & hinc collectis lexicis aliisq; commentationibus addiſcendæ ſunt, non in Logicis cumulandæ. Logica ſatisfacit, ſi perfectè, quòd axioma ſit generale, quòd ſpeciale, & ita deinceps, ſcilicet ex ſententiæ ipſius vi, non ex ſermonis varietate, quæ lingua eſt, non mentis, definiat.

Rhetorica hoc munus eſt, ut tropi & figura à proprio & ſimplici ſermone diſtinguantur: atq; ideo ſolet trium generalium artium uſus conjungi, ut unaquæq; in eadem oratione ſuum officium faciat, ſuaq; ab alienis diſtinguat.

DE OPPOSITIONE.

1 Oppositio hæc Ramo violat leges tum κατὰ πρῶτον, tum κατὰ δεύτερον. De Conversione infra.

2 Oppositio ſimplicium ab Ramo in Inventione Logicè explicata eſt nomine oppoſitorum.

3 Oppositio propoſitionum legitima eſt Axiomatum contradic-tio, ideoq; à P. Ramo quantum ejus generale eſt, ex lege Catholica generaliter in communibus axiomatum affectionibus explicatur lib. 2. cap. 2. Specialia in ſpeciebus nempe ſimplici (ubi de contradictione generali, & ſpeciali) ac composito ſpeciatiim accommodantur cap. 4 & 5. Sed ſubcontraria & ſubalterna Oppositio non ſunt vera oppoſitionis ſpecies: quòd illa ſit diviſio, hæc verò ſpecialis ex generali conſequentia & deductio.

3 Ramus Logicè ſic: Contradictio axiomatum eſt, quando idem axioma affirmatur & negatur.

4 Rerum ſeu rationum oppoſitio in Inventione ab Ramo diſtribuitur: contradic-tio axiomatum ut communis axiomatum affectio pariter in omnes ſpecies cadens, unà cum axioma dividitur.

5 Hæc contradic-tio generalis eſt: quæ proprium habet iudicium, quòd non ſemper dividat verum à falſo, ſup. cap. 4.

6 Hæc

*Non omnes stelle sunt majores terra,
Quaedam stelle non sunt majores terra.*

Particularis negativa est:

*Nonnulla bona ingenia corrumpuntur,
Aliqua bona ingenia corrumpuntur.*

Particul. affir. est.

Nemo non optat sibi divitias, i.

Omnes optant divitias. Generalis aff. est.

Duæ negationes Latinis faciunt affirmationem, sed positus discrimina facit. Et alia Phrasis est aliarum linguarum.

Hebraica Phrasis est:

*Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens, id est,
Nullus vivens justus est propria mundicie.*

Et unum ex eis non conteretur, i. nullum.

Est & hæc admonitio de signis necessaria: Videntum est, quando universalis verè significet universa-liter, quando per synecdochen contrahenda sit: ut,

Omnis Judæa exhibat ad Joannem.

II, DE OPPOSITIONE.

ACCIDUNT Propositionib: duæ collationes: una cum oppositis, altera cum æquivalente, quæ fit permutatione extremorum, i. conversione.

Oppositio alia est simplicium alia propositionum.

2 Simplicium est rerum oppositio, ut caloris, frigoris, &c. de qua in locis.

3 Propositionum oppositio est dissonantia duarum propositionum, quarum altera est affirmativa, altera negativa, eorundem extremorum sine ulla ambiguitate intellectuum: ut,

Paris rapuit Helenam, Paris non rapuit Helenam.

4 Quot sunt species Oppositionis propositionum?

Tres: Contrariæ, Subcontrariæ, & Contradictoriæ.

5 Contrariæ sunt duæ universales: ut,

Omnes dies artificiales sunt æquales:

Nulli dies artificiales sunt æquales.

Nota ejusmodi negationes esse speciales cōtradictiones generalibus affirmationibus oppositas, ideoq; idem valere cū affirmatione particulari. Itaq; re ipsa hæc Logicæ in arte Ramis continentur, exceptis quibusdam linguarum proprietatibus & tropis.

Oppositio est quoddam commune accidens omnium axiomaticum, quatenus idem est quod contradictio, & sic in iis deberet doceri. Sed complectitur hic duas falsas species, subalternam & subcontrariam.

6 Sub-

*Hæc vera contradictio aut oppositio non est, sed tantum divisio
ut in exemplo hoc dierum artificialium in æquales & non æquales.
Itaq; nec in tali oppositione Logicum est iudicium.*

7 *Etsi contradictio particularis: ut,
Omnis clementia est laudanda,
Aliqua clementia non est laudanda. supra cap. 41*

8 *Est propria contradictio cap. 4.
Fabulla est bella,
Fabulla non est bella.*

9 *Indefinita talis nihil differt à generali: quia sententia generalis
est, & intelligitur de omni vel sola re, ut hic de virtute.*

10 *Subalterne non sunt Oppositiones: quia ambae sunt vel affirmaciones
vel negationes, & quidem prior generalis, cui consequens
& consentanea est specialis.
(Tollantur igitur ex contradictione & oppositione axiomatum
subcontraria & subalterna.)*

COMPA

6 Subcontrariæ sunt duæ particulares.

*Quidam dies artificiales sunt æquales,
Quidam dies artificiales non sunt æquales.*

7, Contradictoriæ sunt universalis & particularis oppositæ: ut,

*Omnes dies artificiales sunt æquales,
Quidam non sunt æquales, &c.*

8 Item duæ singulares: ut,

*Roscius interfecit patrem,
Roscius non interfecit patrem.*

9 Item duæ infinitæ, in quibus Idea significatur: ut,


*Virtus est finis hominis,
Virtus non est finis hominis.*

Additur etiã, ut fit quadrata oppositio, subalterna.

10 Subalterna, quæ est generalis & particularis utriusq; vel affirmatæ vel negatæ quasi suppositio: ut,

*Omnes herbæ sunt salutares homini,
Quædam herbæ sunt salutares homini: ut,*

Hæ formæ in tali figura opponuntur.



(COMPARATIO DE CONVERSIONE.

Conversionis vocabulum à Mathematicis translatum est: ubi usum suum habet, cum Theoremata quaedam nominantur Antistropa, id est, convertibilia.

Conversio autem propositionum est commentum scholasticum: quod ut nihil Aristotelicis principiis consentaneum, ita nullum usum, imò ne unum quidem naturale, saltem probabile exemplum in ullo præstanti auctore habet. Nihil ad inveniendum, aut iudicandum, & sic ad illius operis aut analysin aut genesin valet. Ergo è Logica extirpanda est hæc spina ita inutilis & omnis obscuritatis plena. Ex 1. Analyt. cap. 7.

Conversio vera & Logica est catholici axiomatis Reciprocationis, de qua lib. 2. Dial. cap. 3.

Et in Relatis est conversio, i. mutua relationis & essentia reciprocationis, quæ ipsorum definitione significatur: eaq; sic in omnia argumentorum genera propter mutua affectionis relationem cadit. Sed hæc nihil novæ præceptionis habet.

Fit enim ex ipsis argumentorum definitionibus, & collocatur axiomate vel syllogismo, quæ iudicii species suam artem habent: ut

Pater est filii pater, & filius est patris filius. vel, Si pater est filii pater, & filius est patris filius.

Et si assumas erat Syllogismus,

At pater est filii pater, Ergo, &c.

Et sic argumentum sumitur à vi mutua affectionis. Itaq; scholastica illæ conversiones, vel sunt Enthymemata ex mutua argumentorum affectionis reciprocatione (quæ etiam ex dissentaneis) & sic nullam novam artem requirunt, vel sunt inutilia & contorta commenta.

In Enthymemate tamen illis hoc etiam insolens & vitiosum est, quod ipsa questio universa & retorta sibi pro argumento est. Quamquam in quibusdam exemplis id excusari possit, quod argumentum sit à mutua affectione, quæ in illa conversione apparet, vel potius non cogitata conversione ex affectionis reciprocatione aut contradictione sumitur, ut melius usurpari possit, sine hac conversionis doctrina.

Postremò etiam vitiosum est syllogistica Enthymemata in axiomatum doctrina conturbare.

Sunt tamen etiam aliæ in communi usu conversiones reciproca: ut, Non vivo ut edam, sed edo ut vivam.

Sed hæc sunt negationes & affirmationes de rebus, quarum alia alterius finis esse negetur, alia statuatur, & quæ nihil cum his commune habent.

In Mathematicis quidem Theoremata sunt antistropa, & inde conversionis vocabulum desumptum est, sed longè alia est Mathematica illa conversio, quæ quæ hic in Logica docetur. Hic enim ex priorè propositione posterior inversa concluditur & demonstratur, questio universa ad se concludendam pro argumento adhibetur: illic non item, sed axiomata Logica reciprocatione convertuntur,

tur,

III, DE CONVERSIONE.

CONVERSIO Propositionum est, in qua permutatis extremis, æquivalens priori, vel cognata sequitur.

Ejus modi tres sunt:

I, Conversio simplex est, cum manentibus iisdem signis, manente & eadem qualitate, ex prædicato subjectum, & ex subjecto fit prædicatum. Talis permutatio tantum fit in universali negativa, & in particulari affirmativa: ut,

Nemo timens Deum contaminat se adulterio,

Ergo nemo contaminans se adulterio timet Deum.

II, Conversio per accidens est, cum ex prædicato fit subjectum, & ex subjecto prædicatum, manente eadem qualitate, sed mutatis signis. Talis fit in universali affirmativa: ut,

Omnis homo est substantia,

Ergo quedam substantia est homo, &c.

III, Conversio per Contrapositionem est, cum ex prædicato fit subjectum, & ex subjecto prædicatum, ita, ut remotione prædicati in conversa, removeatur subjectum. Talis fit in universali affirmativa: ut,

Omnis homo est animal,

Ergo quicquid non est animal, non est homo.

1 Utilitas conversionis in Geometricis & aliis rebus multiplex est.

Sic enim posita aliqua Propositione, videmus quæ æquivalentes aut proximæ inde sequantur permutatis extremis.

2 Item per has conversiones etiam syllogismi secundæ & tertiæ figuræ reducuntur ad primam: de qua Reductione infra.

Hæc veri affectionis inversio est, quam argumentorum definitiones sua sponte pariunt. Est Enthymema connexi, argumento à circulo causse ad effectum, &c.

1 *Declarat hæc doctrinam suis finibus & fructibus.*

2 *Reductiones.*

ur. sic: Triangulo æquilaterum est æquiangulum, & vicissim, æquiangulum est æquilaterum.

Reductiones Syllogismorum inutiles sunt, ut suo loco dicitur: Ergo nec ideo hæc commenta fingenda fuissent.

Neque ad Syllogismos demonstrandum, ut putatur, valent, cum illi ex illustribus exemplis nati in comparatorum affectione sua fundamenta habeant.

Modalis enunciatio ideo traditur, ut iudicii causa significetur, quo alterum argumentum alteri attribuitur vel insit. Itaque sumuntur illi modi tantum, qui verum vel falsum explanant & distinguunt.

Primo necessarium & impossibile in axiomatum communibus affectionibus recte opponuntur, ut etiam contingens vel verum vel falsum aliquando. Possibile autem idem est quod contingens, ideoque supervacaneum.

Sed illa axiomatum affectiones in Logica, recte suis formis & proprietatibus definiuntur, ut, siue modales illæ voces in exemplis addantur, siue non addantur, axiomata tamen suis legibus recte iudicentur. Ergo supervacanea hæc de modalibus & confusa commentatio esse videatur.

Quemadmodum igitur eiusmodi modi innumerabiles addi possunt, & nihil novæ doctrinæ requirunt: sic & hi siue addantur siue non, æquæ tamen axiomata suis legibus iudicantur. Et in Modalibus necessitatis & contingentie doctrina rursus confunditur, quæ etiam antè tradita fuit.

Plurimi igitur modi alii sunt, ut Parentes colere sanctum est: Suum cuique tribuere, justum est: Socrates disputat sapienter: Socratem possibile est disputare. Sic, Socrates fortasse disputabit, &c. Ram. Sch. Dial. lib. 6, cap. 3. Et hi modi raro adduntur: ut, Homo est animal, non, Hominem animal necesse est. Et aliis etiam Phrasibus iidem exprimuntur: Possibile est Platonem ire in Academiam, vel fieri potest, ut eat in Academiam. Ibit fortasse.

In summa, quoquo modo loquaris & sensa mentis enunties, animus semper iisdem axiomatis legibus iudicat.

Necessarium revera genere uniusmodi est, quod videlicet ita verum est, ut nunquam falsum esse possit. Cetera, etiam præterita, quæ aliter fieri potuissent, contingentia sunt omnia. Contradictionis oppositio & Syllogismi conclusio non faciunt sententiam necessariam, sed talem esse convincunt, qualis est. Intelligitur autem tum necessarium, tum contingens, si res ipsæ argumentorum affectionibus considerentur.

1 Primus gradus est de verè & per se necessario.

2 Illa non est necessitas per se, seu axiomatis sua luce manifesti, sed coactus seu impulsus ad fidem adjungendam, per consequentiam necessitatem. Aliud enim est per se necessarium axioma, aliud necessarium seu necessitas convincens dubitantem.

3 Physica necessitas, quia à Deo mutari & suspendi potest, non simpliciter & per se necessarium quid videatur.

4 Es

Ramus Sch.
Dial. lib. 6.

IV, DE MODALIBUS.

Quid est Propositio Modalis?

3 Propositio Modalis dicitur, in qua copulae annectitur aliquis horum modorum: Necessse, Impossibile, Contingens, Possibile: ut, Paris contingenter rapuit Helenam.

4 Differunt hi modi ab aliis adjectivis: Alia adjectiva sunt subjecti aut praedicti descriptiones, nec pertinent ad copulam, nec similes sunt universalibus, nec mutant genera oppositionum, ut hi modi: quare nec dicuntur modales ut si dicas: Dux callidissimus Hannibal astutia Terentium Varro nem rudem & temerarium ducem vicit. Haec non est modalis Propositio. Exempla ostendunt translata negatione, quantum sit discrimen. Alia enim sententia est cum dicis: Non impossibile est Romam capi ab Hannibale: alia vero cum dicis: Impossibile est Romam non capi ab Hannibale.

5 Utilitas hujus partis ingens: quia hic discrimen illustratur inter necessaria, & non necessaria. Alio modo ignis agit, alio modo voluntas humana. Ignis secundum naturae ordinem non potest non calefacere: At voluntas humana potest velle aut nolle, appetere aut averfari rem inspectam & agnitam a ratione. Scipio potest suam voluntatem inducere, ne attingat sponsam alienam.

Definitiones Modorum.

1 Necessarium est, quod aliter se habere non potest.

2 Sed quatuor gradus sunt necessitatis.

3 Primus gradus est necessitatis absoluta: cujus oppositum est impossibile: ut, Deus est verax, &c.

2 Secundus gradus est, Necessaria necessitate Definitionum & Demonstrationum: ubi si fingatur oppositum, fit implicatio contradictionis: ut, Si trigonus non habet tres angulos, non est trigonus. Hic gradus proximus est primo: quia est regula mentis divinae immota.

3 Tertius gradus est: Necessaria necessitate Physi-

M 2 ca:

3 Explicat potero propositionem doctrinam quaedam sua affectione seu accidente.

4 Illustrat differentiam ex dissimilitudine.

5 Exponit & commodat sibi.

Modi.

1 Necessarium
Definitio necessarii ex adjuncto.

2 Divisio.

4 Et hæc potius etiam cogens consequentiæ necessitas est, quam axiomatis per se necessaria veritas: quia etiam probationes ab auctore. Itaq; necessitatis illi gradus ex axiomatico & syllogistico iudicio tanquam ejusdem generis confusi sunt, cum tamen eorum diversa sit ratio. Nam axioma necessarium est, quod per se & sua natura tale est, sive manifestum sit alicui, sive dubium. Sed consequentiæ necessitas non est axiomatis necessitas, cum necessaria consequentia etiam contingens axioma concludat: ut consequentiæ necessitas sit quasi certa norma, tale axioma dubitandi esse demonstrans, nempe necessarium vel contingens, quale sua natura est.

Hæc causa est, cur Ramus tales necessitatis gradus non seorsim colligat & distinguat, sed ex lege καὶ ἀόλου axiomati suam per sese necessitatem, syllogismo suam consequentiæ necessitatem (quæ nihil sententiæ addit, sed dubitantem cogit) tribuat.

II Impossibile hic definitur, ac si etiam contingenti opponatur sed revera soli necessario opponitur, lib. 2, Dial. cap. 3.

III Possibile hic ita describitur, ac si idem sit quod verum, nempe necessari & contingentis genus: sed ita possibile in Logica non sumitur, potiusq; illud verum dicitur, & contingens potius idem quod possibile esse videatur.

IV Contingens in legitima Logica opponitur necessario: quod verum aliud sit contingens, aliud necessarium. Contingens & verum & falsum esse potest, eodemq; nomine appellatur: Necessario autem verum dicitur necessarium, & ei oppositum falsum Impossibile.

ea: quæ quia natura sic ordinata est, eodem modo se habent, sed tamē à Deo mutari possunt. Quia sic condita sunt & reguntur liberrima Dei voluntate. Non sunt igitur hæc prorsus immutabilia: ut, *Ignis calefacit necessitate Physica.*

4 Quartus gradus est immutabilium, quæ tamen vocantur necessaria necessitate consequentiæ, id est, quæ sunt quidem re ipsa mutabilia, sed non mutantur, vel quia sic à Deo decreta sunt, vel quia sequuntur ex causis, quæ non mutantur, cum tamen mutari potuissent, vel quia cum fiunt, contradictoriæ simul veræ esse non possunt: ut, *Necessaria est resuscitatio mortuorum: quia Deus de ea edidit decretum. Necessesse est puniri genus humanum magnis calamitatibus; quia causæ non mutantur, id est, quia multorum scelera irritant iram Dei. Hæc nequaquam necesse est fieri, sed se quisque regere disciplina posset, &c.*

Denique omnia cum fiunt, ideó tunc necessaria dicuntur; quia contradictoriæ non possunt simul esse veræ: ut, *Cum Plato sedet, contradictoria falsa est, Plato non sedet. Revera quidem talis propositio contingens est, sed necessitate consequentiæ dicitur necessaria. Et de hoc postremo modo loquitur Aristoteles, cum ait: Omne quod est, quando est, necesse est esse.*

II, Impossibile est contrarium necessarió, ac significat repugnans ei, quod potest esse aut fieri.

II Impossibile

III, Possibile, *δυνατόν*, est oppositum impossibili ac significat id quod potest fieri, siue causam habeat necessarió agentem, siue non necessarió agentem: ut, *Possibile est juvenem vigentem & valentem hodie mori.*

III Possibile.

IV, Contingens, *ἄνδεχόμενον*, sæpe vulgó pro possibili usurpatur, sed contingens ab eo differt, quia opponitur & impossibili & necessario. Estque contingens, quód cum fit habet causam, quæ poterat ex natura sua aliter agere: ut, *Æneas vicit Turnum. Paris rapuit Helenam.*

Fontes autem contingentiae & mutabilitatis actio-

M 3 num

In summa, modi illi nihil aliud sunt, quàm aut ipse axiomatū
judiciaria affectiones, aut alia adjectiva argumentorum, id est
partium axiomatis, & præsertim consequentis aliquam circum-
stantiam, imò ipsa argumenti vim exprimentia.

1 Additis modalibus vocibus, videri possunt contraria seu con-
tradictoria generales: cum revera sint propria. Modales voces hic
rebus adduntur, quibus non conveniunt, cum per se sint continge-
ntes.

Ejusmodi Quæstio à Ramo in Logica non differitur, quòd Logi-
ca ars omnium altissima & generalissima, doceat quid contingens
aut necessariam sit, non autem an omnia necessario fiant: quod est
specialis doctrina, ut Theologia & Physica.

2 Ad secundā Quæstionem etiam Ramus diversorum disjun-
ctione respondet lib. 2, cap. 3, quod futurorum opinio homini per na-
turam non admodum certa esse possit, quamvis Deus tempora om-
nia presentia sint.

3 Ad

num ac eventuum, sunt libertas voluntatis in Deo, libertas voluntatis in creaturis rationabilis, & vagabundi motus materiae elementaris varié ruentis.

OPPOSITIO MODALIIUM.

I *Contrariae similes universalium.*

1 Necessè est Platonem ire in Academiam,
Impossibile est Platonem ire in Academiam.

2 *Subcontrariae similes particularium.*

Possibile est Platonem ire in Academiam,
Possibile est Platonem non ire in Academiam.

In materia contingenti contrariae ambæ falsæ sunt; ut, Necessè est Platonem ire in Academiam: & Impossibile Platonem ire in Academiam, &c.

Leges autem & æquipollentiæ supra traditæ huc accommodandæ sunt. Et tota ea doctrina grammatica est, quæ à mediocriter attento facile judicari potest.

Verane est Stoica opinio, quæ dicit omnia necessario fieri?

Nequaquam vera est, sed falsa & contumeliosa adversus Deum.

Nam contingentiam esse, nec tali necessitate omnia evenire, primùm inde constat, quòd Deus liberrima voluntate condiderit ac fervet omnes creaturas, causasque secundas, id est Physicas regat ac sæpe moderetur & mitiget invocantibus. Deinde, quòd & homines ac diaboli libera voluntate sese à Deo averterint, & in homine manserit aliquis delectus & aliqua libertas in externis actionibus. Deus enim nec voluit, nec approbavit lapsum: quia nequaquam est causa peccati.

2 *Num prævisio divina necessitatem adfert eventibus?*

Nequaquam adfert necessitatem eventibus, qui oriuntur à voluntate humana, & non à divina. Deus autem determinare contingentia dicitur, cum præ-

M 4 videt

*Admonitio de
judicio & æqui-
pollentib. phra-
sibus.*

*Questio inter-
ponitur.*

*Respondet, præ-
bans contingentium demon-
stratione.*

*Alia Questio.
Respondet di-
stinctione, de-
monstrans etiam
libera & con-
tingentia.*

*3 Ad tertiam eadem distinctio accommodari potest: sed plenius
disputatio Theologiae relinquatur.*

Textus Rami.

*1 Transitio a
primo iudicii
genere ad secun-
dum.*

*2 Def. & divisio
secundi.*

Notæ.

*Oratio ut axio-
matis genus nõ
est, ita nec ar-
gumentationis.*

CAP. IX. DE SYLLOGISMO,
& eius partibus.

I ATQUE ejusmodi iudicium est axiomaticum,
axiomatis per se manifesti: sequitur Dianoe-
ticum.

2 Dianois est cum aliud axioma ex alio deduci-
tur: estque Syllogismus aut Methodus.

F. BEUR. NOTÆ COLL.

*3 Definitio argumentationis continet ea, quæ legitimè Syllogi-
smi definitione continentur. Solus enim Syllogismus est argumen-
tatio de Quæstione quæ concluditur, seu de propositione dubia, quæ
quia concluditur, conclusio dicitur.*

4 Quæ

videt mala, & metas constituit, ne ulterius ruant, aut grassentur mali.

3 *Estne futurorum contingentium determinata veritas?*

Primó si futurum contingens pendeat ab humana voluntate, aut materia elementi, quæ agitur incertis motibus, non est talis Propositionis in hominis mente determinata veritas. Cúm enim res adhuc mutabilis sit: non potest esse convenientia propositionis cum re ipsa, quæ est veritas. Dei autem prævisio non adfert eventui necessitatem: nec mens humana cernit divinam provisionem. Imó scriptura sacra pœnas & minas impendentes etiam pœnitentibus mutari ostendit.

Secundó alia futura sunt, quæ pendent á voluntate Dei, & expresso decreto una pars determinata est. Taliū determinata est veritas propter voluntatem Dei, patefactam expresso decreto: ut, Deus judicabit omnes homines resuscitados ex morte.

Tertió sunt futura, quæ etsi sunt contingentia, tamen quia natura sic ordinata est, non sæpe mutantur, & dicuntur necessaria necessitate Physica: ut, Cras sol rursus ascendet in nostrum hemisphærium. Tales propositiones sunt certó veræ: quia intelligimus res illas ita eventuras esse, ut sunt ordinatæ: & tamen pia mens scit hunc ordinem á Deo mutari posse. Ac discernantur ordinata ab iis, quæ prorsus pendent á voluntatibus humanis: ut, Cras ibimus venatum, &c.

EX LIBRO TERTIO DE
ARGUMENTATIONE.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

1 (*Nihil hic auctor de illa transitione, & axiomatis manifesti ac non manifesti distinctione.*)

2 *Nec quicquam de illa Dianæ definitione ac divisione.*

Quid est Argumentatio?

3 **A**RGUMENTATIO est oratio, in qua conclusio aliqua confirmatur, aut refutatur per alias notiores Propositiones, continentes causam conclusionis, & recté ad eam accommodatas.

*Textus D. Ph.
3 Descriptio á genere quodam
subjecto & partibus.*

4 In

4 Quae hic de materia & forma argumentationis praecipuntur, ea Logicè & generatim Dialectica partitione continentur, & progressu artis suis locis traduntur. Inventio enim distinguit argumentorum genera & locos, quibus tanquam certis viis & indicibus omnis ad differendum materia invenitur, ex qua primum axiomata & quaestiones fiunt, ac deinde tractantur & confirmantur. Judicium tradit formam, qua materia disponitur & sic judicatur, nempe formam axiomatum, formam syllogismorum, & formam Methodi. Quod tamen de materia & forma argumentationis hic dicitur, id etiam nominatim, sed non materia & forma vocabulis, definitione, syllogismi explicatur, materia est quaestio cum argumento. Forma est antecedentis, & consequentis constitutio, quanguam & partes antecedentis, Propositio & Assumptio materia nomine hic comprehenduntur.

Partes enim antecedentis axiomatice judicio, sola complexio Syllogistica judicatur per formam in partibus constitutionem. Hinc vulgo vitium in Materia, i. in partibus ipsis antecedentis, & in Forma, i. in earum constitutione legitima. Propter illud proprie antecedens aliqua pars, propter hoc conclusio negatur.

Divisio illa, falsa est, hoc argumento:

Vera argumentatio certa ac propria Dispositionis forma efficit necessariam consequentiam: At hoc facit syllogismus: cetera propriam Dispositionem nullam habent, sed quae in eis efficit consequentiam, ea Syllogistica omnino est.

Ergo solus syllogismus est vera argumentationis species. Vide infra.

DE SYLLOGISMO.

SYLLOGISMUS est Dianoa, qua quaestio cum argumento ita disponitur, ut posito antecedente, necessariò concludatur. Nam cum axioma dubium sit, quaestio efficitur: & ad ejus fidem tertio argumento opus est, cum quaestione collocato.

FR. BEURHUSII NOTAE COLL.

(Ex definitione Syllogismi duae ejus principes partes esse intelliguntur, Antecedens & Consequens: illa quaestionem cum argumento collocat, haec eandem concludit.)

2 Syllogismi antecedens partes duas habet; Propositionem, & Assumptionem.

3 Propositio est prima pars antecedentis, qua quaestio saltem consequens cum argumento disponitur. Assumptio est secunda pars antecedentis, quae assumitur è Propositione.

Syllo-

Textus Rami.
1 Definitio à genere & forma, quae subjectis partibusque exprimitur.

Textus.
2 Partitio antecedentis.
3 Definitiones partium.

4 In argumentatione spectatur tum Materia tum Forma.

Materia est rerum seu Propositionum cumulus, quæ sunt causæ ejus cõclusionis, de qua disputas. Res illæ inveniuntur per locos Dialecticos, tanquam per indices ex suarum artium fontibus.

Forma est ordo seu dispositio & connexio illarum partium in argumentatione, qua concluditur Quæstio. Materiam inventio indicat: Formam hæc argumentationis doctrina præstat.

5 Species argumentationis sunt quatuor: Syllogismus, Enthymema, Inductio, Exemplum. Hæc vulgata divisio est: Nos addimus Soriten. Harum quinque specierum omnia argumenta, cum ad regulas Dialecticas congruunt, sunt bonæ consequentiæ.

DE SYLLOGISMO.

1 SYLLOGISMUS est oratio. in qua positis quibusdam, aliud necessarió sequitur, propter ea, quæ posita sunt: hoc est;

Syllogismus est oratio, in qua positis & concessis duabus propositionibus, quæ ex duobus terminis ita junctæ sunt, ut sint causa conclusionis, necesse est sequi eam conclusionem: ut,

Omne vinum calefacit,

Malvaticum est vinum. Hinc sequitur necessa-

rio: *Ergo Malvaticum calefacit.*

2 Syllogismi partes sunt duæ Propositiones ante conclusionem, in quibus sunt termini simplices tantum tres, tanquam principalia:

Vocatur autem prior, Major propositio: secunda, Minor propositio: Termini autem sic vocantur.

3 Minor terminus est is, de quo Quæstio est, de qua in conclusione pronuntiatur.

Major terminus est qui tantum in prima Propositione ponitur, & tribuitur postea subjecto conclusionis.

Medius est qui bis ponitur ante conclusionem: quia

4 Admonitio ex descriptione deducta ad eandem declarandam: quæ tamē etiam axiomati & methodo convenit.

5 Divisio.

1 Descriptio è genere quodam & partibus.

Exemplum.

2 Partitio syllogismi, & porró partium in sua membra & principia.

3 Particulariū seu principiorum definitiōnes.

Syllogismi autem pars consequens est, quæ complexitur partes Quæstionis, eumq; concludit: unde complexio & conclusio dicitur.

*Præceptum de
triplici partium
crypsi, & tripli-
ci contra luce.*

4 Si qua pars syllogismi defuerit, Enthymema dicitur. Si quid præter istas tres partes accesserit, Pro-syllogismus. Partium etiam ordo sæpe confunditur. Attamen si qua dubitatio propterea fuerit: explenda quæ defunt: amputanda, quæ supersunt: & pars quælibet in locum redigenda est.

FR. BEURHUSII NOTAE COLL.

Regule illæ partim sunt legitima præcepta, quæ etiam ab Ramo in arte ponuntur, partim consecutaria ex legitimis præceptis deducta.

- 1 Est consecutarium ex definitione Syllogismi negati, lib. 2, cap. 10.
 - 2 Est consecutarium ex definitione Syllogismi, lib. 2, cap. 9.
 - 3 Consecutarium similiter ex definitione Syllogismi ejusq; partium, itemq; admonitio de communi orationis vitio cavendo.
 - 4 Similis ex definitione Syllogismi admonitio, quæ sancitur, quæstionis partes & tertium argumentum in Syllogismo disponi. Ergo non mutabitur affectio seu prædicatio.
 - 5 Est consecutarium ex Syllogismi specialis definitione, quæ una pars generalis requiritur.
 - 6 Admonitio ex definitione complexionis, ut & 7 & 9.
 - 8 Est pars præcepti de complexione Syllogismi specialis, lib. 2, cap. 11.
 - 10 Est ejusdem regule pars.
 - 11 Est consecutarium ex definitione primæ figuræ, quæ Ramo secunda species explicati.
 - 12 Consecutarium ex definitione secundæ figuræ, Ramo prioris speciei.
 - 13 Consecutarium ex contracti definitione.
-

CAP. X. DE SYLLOGISMO

simplici contracto.

*Textus Rami.
1 Divisio in genera.
2 Definitio.*

1 SYLLOGISMUS est simplex, aut compositus.
2 Simplex est, ubi pars consequens Quæstionis disponitur in Propositione, pars antecedens in assumptione.

3 Estq;

quia est vinculum duarum propositionum, & causa, quare subjectum ac prædicatum in conclusione vel jungantur affirmando, vel distrahantur negando, &c.

Sequuntur tres quæstiones.

- 1, Quare necesse sit duas esse Propositiones, &c.
- 2, Quare Syllogismus sit bona consequentia, &c.
- 3, Quid significant regulæ hæ, Dicitur de omni: Dicitur de nullo, &c.

De his vide auctorem.

Quicquid in hæ quæstionibus logicum est, id legitimis præceptis commodè consuetur.

REGULÆ GENERALES DE SYLLOGISMIS, tredecim.

- 1, Ex puris negativis nihil sequitur:
*Nullus lapis est baptizandus,
Nullus infans est lapis,
Ergo nullus infans est baptizandus.*
 - 2, In Syllogismo nō sint plures termini quā tres.
 - 3, Cavendum, ne sit ambiguitas in terminis.
 - 4, Non valet consequentia mutato genere prædicationis usitato in peregrinum.
 - 5, Ex puris particularibus, non necesse est sequi veram conclusionem.
 - 6, Non fit plus in conclusione, quā fuit in præmissis.
 - 7, Medius terminus nunquam fit membrum conclusionis.
 - 8, Conclusio semper imitatur partem debiliorem.
 - 9, Determinatio subjecti aut prædicati, quæ nō est principale membrum, non misceatur conclusioni.
 - 10, In prima & secunda figura major semper est universalis.
 - 11, In prima cū minor est negativa, nihil sequitur.
 - 12, In secunda figura tantū fiunt syllogismi negativi.
 - 13, In tertia figura non fit conclusio universalis sed particularis.
- 1, Syllogismus est Categoricalus, vel Hypotheticus.
 - 2, Syllogismus Categoricalus extruitur ex Categoricalis propositionibus.

*1 Divisio eadē, sed minus commodis verbis.
2 Desin. at fit etiam ex hypotheticis.*

(Hæc

3 Distributio
simplicis in ad-
iunctos modos
ex partium af-
fectione.

3 Estque affirmatus é partibus omnibus affirmatis.
Negatus, é negata antecedentium partium altera
cum complexione.

Generalis é Propositione & Assumptione genera-
libus.

Specialis ex altera tantúm generali. Proprius ex
utraque propria.

F. BEUR. NOTÆ COLL.

3 Quinq; hi modi ita bini sumuntur, ut cum affirmato aut ne-
gato semper unus ex tribus reliquis jungatur, ut affirmatus ge-
neralis, affirmatus specialis, affirmatus proprius: Item negatus ge-
neralis, specialis, proprius. Plenius autem & facilius hæc definitiones
quám barbara vocabula modos illos explicant.

Textus.

4 Dichotomia
simplicis in du-
as formas seu
genera.

5 Defini. con-
tracti.

4 Simplex Syllogismus est contractus partibus,
vel explicatus.

5 Contractus quando argumentum pro exemplo
ita subicitur particulari quæstioni, ut utrâq; partem
antecedens, & assumptione affirmatû intelligatur: ut,

Quædam confidentia est laudabilis, ut constantia,

Quædam confidentia non est laudabilis, ut audacia.

Hic enim argumentum quæstionis utramq; par-
tem antecedere intelligitur, tanquam esset expres-
sum sic:

Affirmatus generalis.

Ba- Constantia est laudabilis,

ba- Constantia est confidentia,

i. Quædam igitur confidentia est laudabilis.

Negatus generalis.

Be- Audacia non est laudabilis,

ba- Audacia est confidentia,

o. Quædam igitur confidentia non est laudabilis.

Affirmatus specialis.

Bi- Quidam homines sunt docti,

ba- Omnes homines sunt animalia,

i. Ergo quædam animalia sunt docta.

Affirmatus specialis 2.

Ba- Sapiens est laudabilis,

bi- At quidam sapiens est pauper,

i. Ergo

(Hic in Philippo precedit divisio in figuras de qua paulo post.)

3 Modi primæ figuræ sunt quatuor; secundæ quatuor; tertiæ sex: nempe hi;

Barbara, Celarent, primæ, Darii, Ferio sunt:
Cesare, Camestres, Festino, Baroco secunda.
Darapti, Felapton, Disamis, Datifi, Bocardo, Ferison.

A B C D	}	significat	Universalem affirmativam	}	partem.
			Universalem negativam		
			Particularē affirmativam		
			Particularem negativam		

Modus sumit appellationem à conclusione.

4 Tres sunt figuræ Categorici syllogismi, variatæ collocatione mediæ, Prima, secunda, tertia.

5 Tertia figura est, quando mediæ terminus est subjectum in Majore & in Minore, unde conclusio particularis necessariò sequitur.

F. BEUR. NOTÆ COLL.

(D. Philippus de hac contracta forma ita nihil, ut nec alii: sed omnes hic integros syllogismos tradiderunt, ut sequitur.)

Modi tertiæ figuræ sex sunt, ut antè dictum.

1 Modus Darapti.

Da- Omnes σοφῶν conditæ à Deo in natura hominis, sunt res suo genere bonæ,

rap- Omnes σοφῶν sunt affectus,

ti. Ergo quidam affectus sunt res in suo genere bonæ.

2 Felapton.

Fe- Nullum justum imperium est excutiendum,

lap- Omnia etiam justa imperia habent aliqua onera & errata,

con. Ergo aliqua onera & errata non sunt excutienda.

3 Disamis.

Dis- Jus naturale concedit defensionem contra latrones.

a- Jus naturale est jus divinum,

amis. Ergo jus divinum concedit defensionem contra latrones.

4 Datifi.

Da- Omnis cognitio virtutum necessaria est oratori,

ii- Cognitio virtutum est Philosophia.

ii. Ergo

3 Modi fictis vocabulis destinati.

Explicatio vocabulorum.

4 Trichotomia Categorici.

5 Desin. tert. sig. hujus figuræ syllogismi Ramus vocat contractum quod in usu integer non reperitur.

i. Ergo quidam pauper est laudabilis.

Negatus specialis 1.

Bo. Quidam stultus non est fortunatus,

ba- At omnis stultus contemnitur,

o. Ergo quidam contemptus non est fortunatus.

Negatus specialis 2.

Be- Stultus non est beatus,

bi- At quidam stultus est fortunatus,

o. Ergo quidam fortunatus non est beatus.

Affirmatus proprius.

By- Socrates est Philosophus,

by- Socrates est homo,

y. Ergo quidam homo est Philosophus.

Negatus proprius.

Ba- Thersites non est Philosophus,

by- Thersites est homo,

o. Quidam igitur homo non est Philosophus.

Sic igitur exprimi poterit: sed usus differendi, magister syllogistici iudicii, ista forma contrahitur, nec aliter explicatur. Atque ista expositio principium syllogismi partibus explicati ab Aristotele efficitur, tanquam per se pleno syllogismi iudicio sit clarior & illustrior.

CAP. XI. DE PRIMA SPECIE

Syllogismi simplicis explicati.

1 Regula de explicati quibusdam modorum proprietatibus.

2 Dichotomia explicati.

3 Desin. prima.

IN Syllogismo explicato Propositio est generalis, aut propria. Et conclusio similis antecedenti, aut parti debiliori.

2 Species explicati syllogismi duæ sunt.

3 Prima ubi argumentum semper sequitur, negatum in altera parte.

FR.

fi. Ergo Philosophia est necessaria Oratori.

5 Bocardo.

Bo- Provocatio ad iudicem non est prohibita Christianis,

car- Omnis provocatio est venire in iudicium,

do. Ergo venire in iudicium non est prohibitum Christianis.

6 Ferison.

Fe- Nulla Hebenus est alba,

ri- Hebenus est lignum Guajacum,

son. Ergo lignum Guajacum non est album.

Expositorius Syllogismus.

Expositorius syllogismus est, in quo medium est
singulare: cuius ordo ad tertiam figuram congruit: ut,

Definitio expo-
sitorii.

Affirmatus.

Hæc res calefacit ventriculum,

Hæc res est Zinziber,

Ergo Zinziber calefacit ventriculum.

Negatus.

Petrus non tenuit imperium,

Petrus tenuit claves Ecclesie,

Ergo claves Ecclesie non sunt imperium.

Valere syllogismos Expositorios recte factos sine
ambiguitate manifestum est.

Et tales Syllogismi omnium primi se humanæ
menti offerunt. Et enim non omnis notitia à sensu o-
ratur, ut numerorum noticia prius insita est menti-
bus, tamen fatendum est, plurimarum rerum noticiam
à sensu initia sumere. Primum apprehendunt sensu
singularia, postea mens abstrahit species, componit &
dividit. Ita in Syllogismo expositorio, cum oculi cer-
nunt aliquid inesse subjecto singulari, postea mens
componit, & hunc Syllogismum expositorium ex-
struit.

De secunda Figura.

Major in hac figura debet universalis esse.

2 (Illæ species sunt secunda & prima figura aliis.)

3 Secunda figura est talis ordo Propositionum, ut
Medius terminus sit prædicatum in maiore & mino-
re: unde conclusio negativa necessario sequitur, &c.

3 Definitio se-
cunde figurae,
quæ Ramo pri-
or explicati.

N

Cesare.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

(P. Ramus non distribuit hic modos, quia satis intelligitur binos hic negatos esse, cum argumentum semper in altera parte negetur, scilicet nunc in propositione nunc in assumptione.)

Generalis I.

- Ce- Turbatus non bene utitur ratione,
 ce- Sapiens bene utitur ratione,
 e. Sapiens igitur non est turbatus.

Tractatum per
 cypses idem
 anemolum.

3 Tusculana. Et quemadmodum oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum; & reliquæ partes, totumque corpus à statu, cum est motum, deest officio suo ac muneri: sic conturbatus animus, non est probe affectus ad exequendum munus. Munus autem animi est ratione uti: & sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optimè utatur: Nunquam igitur est perturbatus.

Generalis II.

- Ca- Res mortalis est composita,
 ce- Animus non est compositus,
 e. Animus igitur non est mortalis.

Tractatum
 idem.

Cicero i Tuscul. hoc syllogismo iudicat, animam immortalem esse. In animi autem cognitione (ait) dubitare non possumus (nisi fortè in Physicis plumbei sumus) quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Quod cum ita sit, certè nec secerni, nec dividi, nec discerpi, nec distrahi potest. nec interire igitur. Est enim interitus, quasi discessus & secretio ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Specialis I.

- Ce- Lividus non est magnanimus,
 ci- Maximus est magnanimus,
 o. Maximus igitur non est lividus.

Hoc iudicio Ovidius 3 de Ponto eleg. 3 concludit
 Livor iners vitium, mores non exit in altos,

Utq; latens ima vipera serpit humo:
 Mens tua sublimi supra genus eminent ipsum,
 Grandius ingenio nec tibi nomen inest.

Ergo

Cesare.

- Ce- Nulla stella consumitur,
 sa- Omnis cometa exiguo tempore consumitur,
 re. Nullus igitur cometa est stella.

F. BEUR. NOTÆ COLL.

(P. Ramus prius exempla crypsibus remotis breviter contrahit, deinde integra, ut ab auctoribus tractata sunt, subjungit, ut & nuda partes appareant, & integra per conjunctum generalium artium usum perq; crypsis tractatio retexatur ac vicissim imitatione exprimat.)

Camelstres.

- Cam- Omnes stelle sunt corpora perpetua,
 es- Nulle trajectiones in aere sunt corpora perpetua,
 res. Nulle igitur trajectiones sunt stelle.

Festino.

- Fes- Nulla natura elementaris habet insitas notitias,
 ti- Mens humana habet insitas notitias, non aliunde acceptas,
 no. Ergo mens humana non est conflata ex natura elementari.

N 2 Baroco.

*Ergo alii noceant miseris, optentq; timeri,
Tinctaq; mordaci spicula felle gerant:
At tua supplicibus domus est assueta iuvandis,
In quorum numero me precor esse velis.*

Specialis 2.

*Ca- Saltator est luxuriosus,
co- Muræna non est luxuriosus,
o. Muræna igitur non est saltator.*

Cicero pro Muræna: Nemo enim ferè saltat sobrius, nisi fortè insanit: neque in solitudine, neque in convivio moderato atq; honesto: Intempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis id, quod necesse est omnium vitiorum esse postremum: relinquis illa, quibus remotis hoc vitium omnino esse non potest: nullum turpe convivium, non amor, non commessatio, non libido, non sumptus ostenditur: & cùm ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent, quæque vitiosa sunt, in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturum putas? Hoc iudicii modo Ovid. i Trist. Eleg. i, tripliciter concludit, dum carminum suorum excusationem exponit:

*Carmina proveniunt animo deducta sereno:
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.
Carmina secessum scribentis & ocia querunt:
Me mare, me venti, me fera jactat hyems.
Carminibus metus omnis abest: ego perditus enses,
Hesurum jugulo jam puto jamq; meo.
Hec quoq; quæ facio, iudex mirabitur equus,
Scriptaq; cum venia qualiacunq; leges.*

Proprius 1.

*Agésilæus non est pictus ab Apelle,
Alexander est pictus ab Apelle,
Alexander igitur non est Agésilæus:*

Proprius 11.

*Cæsar oppressit patriam,
Tullius non oppressit patriam,
Tullius igitur non est Cæsar.*

CAP.

Baroco.

Ba- *Omne corruptibile est ex elementis,*
ro- *Mens humana non est composita ex elementis,*
co. *Ergo mens humana non est corruptibilis.*

(Nihil D. Th. & alii de propriis prima & secunda figura
modis.)

N 3

DE

*Defin. secun-
da.*

SECUNDA species explicati syllogismi est, quando argumētum antecedit in propositione, sequitur affirmatum in assumptione.

(Ex definitione hac satis intelligitur, esse hic modos affirmatos & negatos, Generales, Speciales, & Proprios.)

Affirmatus generalis.

Ba. *Omne justum est utile,*

ra. *Omne honestum est justum,*

a. *Omne igitur honestum est utile.*

Quod Cic. 2 Offic. ita concludit: Summa quidem auctoritate Philosophi, severé sané atq; honesté hæc tria genera confusa, cogitatione distinguunt: Quicquid justum sit, id etiam utile esse censent: Itemque, quod honestum, idem justū. Ex quo efficitur, ut quicquid honestum sit, idem sit utile.

Negatus generalis.

Ba. *Timidus non est liber,*

ca. *Avarus est timidus,*

c. *Avarus igitur non est liber.*

Hoc ita concluditur & judicatur ab Horat. i Epist.

Quo melior ser vo, quo liberior sit avarus,

In triviis fixum cum se dimittit ob assem,

Non video: nam qui cupiet, metuet quoque: porro

Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam.

Sic Ter. in Eunuchō concludit & judicat:

Consilii expers, consilio regi non potest:

Amor est consilii expers:

Consilio itaq; regi non potest.

Syllogismus his verbis sequitur:

Here, quæ res in se neq; consilium neq; modum

Habet ullum, eam consilio regere non potes:

In amore hæc omnia insunt vitia: injuriæ,

Suspiciones, inimiciæ, induciæ,

Bellum, pax rursus: incerta hæc si tu postules

Ratione certa facere, nihilo plus agas,

Quam si des operam, ut cum ratione insanias.

Affir-

DE PRIMA FIGURA.

PRIMA figura est talis ordo propositionum syllogismi, ut medius terminus sit subjectū in Majore, & prædicatum in Minore: unde conclusio necessarió sequitur.

1 Prima definitio.

Modi ejus directé concludentes quatuor sunt.
(Proprios enim hic nullos etiam tradunt.)

Barbara.

Bar- Omne animal est substantia,
ba- Omnis homo est animal,
ra. Omnis igitur homo est substantia.

Celarent.

Ce- Nullum animal est lapis,
la- Omnis homo est animal,
rent. Ergo nullus homo est lapis.

N 4 Darii.

Affirmatus specialis.

Ba- Consules virtute facti, studiosè Rempubl. tueri debent,

ci- At Cicero est virtute factus consul,

i. Ergo Cicero studiosè Remp. tueri debet.

Sic Orator diligentiam suam Agra. 2, concludit & iudicat: Nam cum omnium consulum (ait) gravis in Republica custodienda, cura & diligentia debet esse, tum eorum maximè qui non in incunabulis, sed in campo sunt consules facti. Nulli populo Romano pro me maiores nostri sponderunt, mihi creditum est. à me petere, quod debeo, me ipsum appellare debetis. Quemadmodum cum petebam, nulli me auctores generis mei vobis commendarunt: sic si quid deliquero, nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. Quare modò ut vita suppetat (quanquam ego sum is, qui eam possim ab istorum scelere infidiisque defendere) polliceor hæc vobis, Quirites, bona fide, Remp. vigilantium hominum, non timido; diligentium, non ignavo commisitistis.

Quod optatum redierit, gratum est:

Lesbia Catullo optata rediit:

Grata igitur est.

Catullus sic concludit:

Si quicquam cupidoq; optantiq; obtigit unquam &

Insuperanti, hoc est gratum animo propriè;

Quare hoc est gratum nobis, quoq; charius auro,

Quòd te restituis Lesbia, mi cupido:

Restituis cupido, atq; insuperanti ipsa referste

Nobis, ò lucem candidiore nota!

Quis me uno vivit felicior? aut magis hac quid

Optandum vita, dicere quis poterit?

Negatus specialis.

Be- Deceptor amantis puellæ non est laudandus,

ci- Demophon est deceptor amatis puellæ, ut Phyllidis:

o. Demophon igitur non est laudandus.

Phyllis apud Ovidium ita iudicat Demophoõtem laudandum non esse.

Fallere

Darii.

- Da- Omnis turpitude est fugienda,
- ri- Quedam voluptas est turpis,
- i. Quedam igitur voluptas est fugienda.

Ferio.

*Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria: simplicitas digna favore fuit:
Sum decepta tuis & amans & femina verbis,
Dii faciant, laudis summa sit ista tua.*

Afirmatus proprius.

By- *Octavius est heres Caesaris,*

cy- *Ego sum Octavius,*

y. *Sum igitur heres Caesaris.*

Negatus proprius.

Bu- *Antonius non est filius Caesaris,*

ci- *Tu es Antonius,*

i. *Non es igitur filius Caesaris.*

CAP. XIII. DE SYLLOGISMO
connexo primo.

*1 Transitio.
2 Definitio com-
positi.*

I ADHUC syllogismus simplex fuit.
2 Syllogismus compositus est syllogismus, ubi tota quaestio est pars altera Propositionis compositae & affirmatae: argumentum est pars reliqua. Tollere autem in composito syllogismo, est specialem contradictionem ponere.

3 Dichotomia.

3 Syllogismus compositus est connexus, aut Disjunctus.

*4 Defin. & di-
visio.
5 Defin. primi
modi.*

4 Syllogismus connexus, est syllogismus compositus propositionis connexae: estque duorum modorum.

5 Primus modus syllogismi connexi est, qui assumit antecedens, & consequens concludit. Quomodo Cicero iudicat & concludit, 2 de Divin.

Si dii sunt, divinatio est,

Sunt autem dii,

Divinatio est igitur.

3 Offic. Atque si etiam hoc natura praescribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam, quod is homo sit, consultum velit, necesse est secundum eandem naturam omnium utilitatem esse communem. Quod si ita est, una continemur omnes & eadem lege naturae: idque ipsum si ita est, certe violare alteram lege naturae prohibemur: verum autem primum, verum igitur & extremum.

6 Fre-

Ferio.

- Fe- Nulla lex naturæ est mutabilis,
 ri- Lex prohibens adulteria est lex naturæ,
 o. Ergo lex prohibens adulteria non est mutabilis.

FR. BEURHUSII NOTAE COLL.

(Proprios hujus & præcedentis figuræ syllogismos, alii Logici nõ docuerunt, sed tantum expositorios, qui respondent propriis tertia figuræ, quæ Ramo est contractus syllogismus.)

Hic porro ordine traduntur:

- 1 Reductiones.
- 2 Demonstratio, quare sint tres figuræ.
- 3 Enthymema, Inductio, Exemplum, Sortites.
- 4 Regulæ cõsequentiarum, quæ nos infra post syllogismum attingemus.

Ordo Philipeus indicatur.

DE SYLLOGISMIS HYPOTHETICIS.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

(Hic propositionum Hypotheticarum, id est, axiomaticum compositorum doctrina, cum ejusmodi syllogismis permiscetur.)

(Nihil de tam accurata syllogismi compositi definitione.)

3 Syllogismus Hypotheticus est conditionalis, Copulativus, & Disjunctivus.

4 Conditionalis est, cum proponitur tota conditionalis propositio: deinde loco minoris altera pars sumitur, unde ratiocinamur in conclusione alteram.

Regulæ hic duæ sunt:

5 I, Valet consequentia affirmativæ a positione antecedentis ad positionem consequentis: ut,

Si homo est, animal est,

Sed homo est,

Ergo & animal est.

3 Trichotomia.

Sed copulativus

peculiarem speciem non facit.

Vide infra.

4 Def. condit.

5 Hæc regula

Ramea primi

modi definitione

ne continetur.

II, Valet

1 Observatio.

6 Frequenter hîc non assumitur idem, sed majus: ut i Catil. Si te parentes timerent, atque odissent tui, neque illos ulla ratione placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquô concederes: nunc te patria (quæ communis est omnium nostrûm parens) odit ac metuit, & jam diu nihil de re judicat, nisi de parricidio suo cogitare: hujus tu neque auctoritatem verebere? neque judicium sequere? neque vim pertimesces?

Concludendi modus hîc idem est, quando propositio est relata temporis: quo genere nymphea Oenone apud Ovidium concludit errorem stultitiæ suæ:

*Cum Paris Oenone poterit spirare relicta,
Ad fontem Xanthi versa recurret aqua:
Xanthe retrô propera, versaq; recurrete lymphæ:
Sustinet Oenonem deseruisse Paris.*

CAP. XIII. DE CONNEXO
secundo.

1 Defin. secûda.

I SECUNDUS modus connexi tollit consequens, ut tollat antecedens:

Si ulli rei sapiens assentietur usquam, aliquando etiam opinabitur:

Nunquam autem opinabitur:

Nulli igitur rei assentietur.

Eodem Syllogismo Ovidius 2 Trist. stultitiam suam judicat:

*Si saperem, doctas o dissem jure sorores,
Numina cultori perniciosâ suo.*

*At nunc (tanta meo comes est insania morbo)
Saxa memor refero rursus ad icta pedem.*

Hæ duæ Syllogismi species sunt omnium usitatissimæ.

CAP. XV. DE SYLLOGISMO
disjuncto primo.

1 Defin. disjuncti.

2 Divisio.

3 Defin. primi.

I SYLLOGISMUS disjunctus est syllogismus compositus Propositionis disjunctæ:

2 Modi duo sunt.

3 Primus tollit unum, & reliquum concludit: ut,
Aut dies est, aut nox est;

II, Valet cōsequentia negativē à destructione consequentis ad destructionem antecedentis: ut,

Si homo est, animal est,

Sed nullum est animal,

Ergo nec homo est.

Ratio harum consequentiarum ex locis sumi potest, ubi videmus, quomodo à specie ad genus & e contra ducantur argumenta. Quare pro his regulis consulendi potius erunt loci. Et valebit consequentia si locorum regulis congruet, ut à causis ad proprios effectus & e contrā, affirmativē, & negativē arguemur. Idem fit in convertilibus, i. idem significantibus, ut ex hac propositione gignere potes affirmativum & negativum Syllogismum: *Si luna soli ex diametro opponetur hoc mense, erit Eclipsis lune.*

(Copulativus sequitur: de quo infra.)

De Syllogismo disjunctivo.

Initio tanquam loco Majoris ponitur tota disjunctiva: & fiet integra rerum disjungendarum enumeratio. Deinde Minor unius partis remotio est: sequitur ergo conclusio, asseveratio reliquæ partis.

Hinc

Hæc regula definitionem secundam continet.

Descriptio disjunctiva.

najus:
ntui,
or, ab
(quæ
c me-
cidio
bere?
es?
ropo-
eno-
uæ:

ens,
tiam

n su-

ita-

com

t,

At

*At dies non est,
Ergo nox est.*

Ciceronis pro Cluentio iudicium tale est: Sed cū esset hæc illi proposita conditio, ut aut iustē pieq; accusaret, aut acerbē indigneque moreretur: accusare quoquo modo posset, quā illo modo mori maluit. Disjunctio clarior sic erit,

*Aut accusandum, aut moriendum,
Non moriendum,
Accusandum igitur.*

Sic idem 2 Phil. ratiocinatur: Nunquamne intelliges tibi statuēdum esse, utrum illi qui istam rem gesserunt, homicidæ sint, an vindices libertatis? &c.

(Vide hoc copiosum exemplum in Ramo Logica.)

Si partes disjunctæ propositionis sint duabus plures, iudicandi concludendique ars erit eadem.

Sic Cicero iudicat, Rabirium cum consulibus esse oportere: Atqui videmas (ait) hæc in rerum natura tria fuisse, ut aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret. Latere autem, mortis erat instar turpissimæ: cum Saturnino esse, furoris & sceleris: virtus & honestas & pudor cum Coss. esse cogebat.

CAP. XVI. DE SYLLOGISMO
disjuncto secundo.

DISJUNCTUS secundus est propositione partibus omnibus affirmata assumit unum, & reliquum tollit: ut,

*Dies est, aut nox est,
At dies est,
Nox igitur non est.*

Sic Juno cum Jove de Turno concludit, 10 Æneid.

*— Quid si quod voce gravaris,
Mente dares, atq; hæc Turno rata vita maneret?
Nunc manet in fontem gravis exitus, aut ego veri
Vana feror: quod ut ô potius formidine falsa
Ludar, & in melius tua, qui potes, orsa reflectas.*

2 Ejusmodi syllogismus efficitur est propositione copulata negata, quæ negata cōplexio dicitur: quæq; disjunctionis affirmatæ vim obtinet; ut,

Non

1 *Defin. secun-
di.*

2 *Annotatio de
simili specie.*

Hinc regule consequentiae.

A remotione unius partis aut plurium ad assevera-
tionem reliquæ partis valet consequentia: ut,

*Aut propter legem, aut propter filium fide recipimur in
gratiam,*

At non propter legem,

Ergo propter filium Dei fide.

DE COPULATIVO SYLLOG.

Regule consequentiae.

A tota copulativa ad quamlibet ejus partem est
bona consequentia, aut si hæc tota vera est, necesse est
partes veras esse: Et politicus ordo in societate huma-
na Dei beneficium est, & ab eo conservatur, & acce-
dunt imperiis multæ confusiones & vitia, quæ non o-
riuntur à Deo, ut blasphemiæ & tyrannides. Sed hæc
tota vera est. Verum est igitur illa vitia nequaquam
à Deo oriri.

A parte

*Non videtur
vera esse syllogi-
smi forma, sed
tantum species
& umbra qua-
dam.*

*De negata an-
tem propositio-
nis ut è regione
in Ramo.*

Non & dies est, & nox est,
 At dies est,
 Nox igitur non est.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

DE REDUCTIONIBUS.

1 Reductio est scholasticum & inutile, utpote ab illustri usu abhorrens, commentum, sive copia concludendi, sive ratio adversarium convincendi spectetur.

Si copia concludendi quaeritur, cur non absq; reductionis cogitatione proposita quaestio & argumentum, ad cuiusq; syllogismi leges accommodatur, & sic nunc simpliciter, nunc conjuncte concluditur? quod quidem multo est facilius & rectius servato a simplicis syllogismi speciebus progressu ad compositi genera. Et hic apparet, quasdam quaestiones fore omnibus speciebus posse concludi, quasdam vero non item. Quid? quod in Reductionibus non semper eadem retinetur quaestio, nec eadem partium affectiones, ut sit in illo artus progressu, de quo nos loquimur. Quorsum igitur illa reductio, quae mutata quaestione iudicium conturbat?

2 Ad convincendum, credo, & cogendum adversarium valet. At opponere nudam contradictionem, & tantundem, imo plus & apertius quidem efficit. Aut sane cogere de novo extractis syllogismis, absq; illa contorta & coacta reductionum perissologia. Sed de toto hoc commento vide & P. Rami Sch. Dial. & Pedog. Log. partem 2.

1 (Enthy-

A parte copulativæ ad totã non valet consequentia.

DE REDUCTIONIBUS.

Nunc doctrina de reductione syllogismorum sequitur, de qua brevissimè dicam. Duo modi reductionis traduntur. Alter formas syllogismorum dicitur utcunq; vel illustrare, vel confirmare. Ideoque nominatur reductio ostensiva, quia ostendit ad primam figuram congruere consequentias aliarum duarum figurarum.

Alter modus: Reductio per impossibile, rerum confirmatio est. Cùm enim ostenditur una contradictoria esse impossibilis, alteram veram esse necessariò sequitur. Et talium argumentorum usus est in Geometria & Physicis. Nec de eis hïc peculiare regulas tradam, cùm omnibus nota sit communis & necessaria doctrina de contradictoriis; imò & in Rhetoricis contrariorum collatione multa illustrantur. Cùm ostendere volumus, quàm bona & dulcis res sit pax, econtrá dicimus quantum horribilium malorum comitetur bellum, incendia, vastationes, orbitates, interitus litterarum & religionis, &c.

Sed reductio ostensiva conversione aliquarum propositionum, transfert secundæ aut tertiæ figuræ modos in primam: ut, Cesare ad Celarent.

Cel- *Nullum peccatum est honore adficiendum,*

â- *Deus precipit magistratus legitimos honore adficeri,*
re. *Ergo gerere magistratus legitimos non est peccatum.*

Majore conversa erit Celarent. Mollissimè enim convertuntur universales negativè.

Ce- *Nulla res honore adficienda mandato divino, est peccatum,*

la- *Omnis legitimus magistratus est honore adficiendus mandato divino,*

rent. *Ergo nullus legitimus magistratus est peccatum.*

Sit sanè ordo in prima figura melior, quia subiectum minoris includitur in majore. Tamen utilius est hoc scire, in unaquaque figura causas consequentiæ proprias & firmas esse, quas suprà recitavi, & nūc

○

in fine

1 (Enthymema nihil novæ doctrinæ habet, nec est peculiaris argumentationis species: cum sit syllogismi affectio vel ellipsis, aut alterius partis antecedentis, aut etiam consequentis. Ramus lib. 2 Dial. cap. 9, & in scholis.)

2, 3 Aristoteles & Cicero angustius Enthymematis voce usi sunt de certis argumentorum generibus: cum generaliter sit quilibet syllogismus imperfectus, è quolibet argumenti genere.

Signa esse adjuncta, logicum est, & in Logica docetur: At his causæ & effecta omnino improprie signa appellantur.

4 Utilis admonitio: cum alioqui consequens proprie non negaretur, nisi vitium esset in dispositionis forma.

5 Inductio peculiare nomen est accommodationis argumenti, nempe collectionis partium seu specierum ad constituendum totum, non autem nova argumentationis forma Conclusio autem in ea efficitur vi dispositionis syllogistica, ut addita hic propositione connexa erit connexus syllogismus: Si vinum Creticum calefacit, & vinum Italicum, &c.

6 Sic, si integer sit syllogismus, prolato dissimili exemplo, negatur Propositio connexa, vel Adsumptio, si sit syllogismus simplex. Nam hic tertia figura seu contracti syllogismi, aliquis usus esse videatur.

7 Exemplum non argumenti seu argumentationis species peculiaris est, sed vel simile, ut hic, vel species sui generis, ut est lib. 1 de Invent. cap. 21 & 27. Et nominatim ipse D. Philippus Exempla in locis facta similia nominat, & hic propter similem rationem ait exemplo confirmari. Consequentia autem dispositio hic etiam non nova quadam, sed syllogistica est.

in fine repetam, ut fontes figurarum diligentius considerentur.

II, DE ENTHYMEMATE.

ENTHYMEMA est imperfectus Syllogismus, qui fit ex una propositione & cōclusionē. Et prior pars vocatur Antecedens, posterior Consequens.

2 Aristoteles dicit Enthymema ex icotibus & signis fieri.

Signa alia sunt verisimilia, quæ plerunque significant, sed non semper: ut, *Hic juvenis est pallidus, Ergo laborat cruditate.*

Εἰκότα verisimilia.

Alia sunt Necessaria, ut effectus proprii, aut causæ sufficientes, aut proprietates adjunctæ causis vel effectibus: ut, *Lucescit, Ergo sol oritur.*

Τεκμήρια necessaria.

3 Cicero dicit Enthymemata ex contrariis fieri: ut, *Paries est albus, Ergo non est niger.*

4 Propter partem absentem plerunq; consequens in Enthymemate negatur, cum tamen causa inconsequentia sit in parte absente.

4 Modus negandi consequens.

5 III, DE INDUCTIONE.

INDUCTIO est ex singularibus sufficientibus enumeratis constituere universalem: ut,

Vinum Creticum calefacit, Et vinum Italicum & vinum Rhenanum: nec ullum dissimile exemplum reperire licet: Ergo omne vinum calefacit.

5 Descriptio induct.

6 Prolato dissimili exemplo, seu (ut vulgò dicunt) data instantia, refutatur Inductio.

Modus refutandi.

III, DE EXEMPLO.

EXEMPLUM est forma argumenti qua singularitate per aliud singulare in una specie confirmamus, propter similem rationem: ut,

Maxima pars generis humani in diluvio perit propter libidines:

Ergo & postea sine ulla dubitatione puniuntur libidines.

7 Descriptio exempli.

8 Refutatur Exemplum, cum ratio factorum dissimilis est.

8 Modus refutandi.

9 Sorites etiam nova argumentandi forma non est, sed accuratior quaedam syllogismi cum suis crypsibus implicatio, ut nihil novæ artis aut propriæ dispositionis habeat, sed accuratorem animadversionem requirat: ut in hoc exemplo est syllogismus categoricus (simplex) cum prosyllogismo Propositionis ei gradatim intexto, & partium inversione: qui sic in ordinem redigitur:

Animal est substantia,

Quia est vivum corpus, hic prosyllog. est.

At homo est animal,

Ergo homo est substantia.

Vides igitur assumptionem per inversionem primo loco, propositionem secundo collocari, sed huic ita animalis genus (corpus vivum) intexti, ut ex propositione hac (Animal est substantia) interposito animalis proximo genere, & remoto illo summo (substantia) siant duo axiomata generum gradibus distincta: sic,

1 Animal est corpus vivum,

Corpus vivum est 2 substantia.

10 Cautiones ille continentur syllogismi legibus. Nam cum syllogismus solus sit argumentandi forma probata & constans, & in Sorite syllogismus sit: jubebitur adversarius suum illum implicatum cumulum ad perspicuam syllogismi formam referre, & crypses separare, & ostendetur aliquando quasi Sorite forma axiomata seu propositiones cumulari, in quibus syllogismi vis non sit, ideoque nec Sorites sit, ut in exemplis à Philippo hic propositis, uno negato, altero vocum non coherentium.

12 Est syllogismus simplex in versis antecedentis partibus:

Terra major est quam luna,

At sol major est quam terra,

Ergo etiam sol major est quam luna.

Vel:

Quod majus est terra, id etiam majus luna, Quia ille hac major est.

At sol est major terra,

Ergo sol etiam major luna.

Vel connexé: Si sol est major terra, &c.

IV, DE SORITE.

9 **S**ORITES est argumentatio, in qua prædicato primæ Propositionis aliud prædicatum attribuitur necessarió cohærens, eodemque modo ulterius procedi per gradus potest, donec in conclusione ultimum prædicatum additur primæ Propositionis subiecto, &c. ut,

1 *Homo est animal,*

2 *Animal est vivum corpus.*

Vivum corpus est substantia.

3 *Ergo homo est substantia.*

1 Adsumpt.

2 Propo. cum pro-
Syllogismo.

3 Conclusio.

Σωφίτης ἂν σωφός, id est, acervus nominatur.

Aristoteles in Antepædicamentis hanc formam attigit, ubi ostendit, necessariam esse connexionem generum & specierum continui ordinis.

10 Sed prudenter videndum est, ubi valeant hæ connexiones.

Nulli fiunt negativi Soritæ. Et in affirmativis tantum illi valent, in quibus vocabula necessarió cohærent: ut, Species, genera, differentiæ, propria.

Item cum causis per se ac propriis attexuntur proprii effectus.

Exemplum negatum:

Homo non est leo,

Leo est animal,

Ergo homo non est animal.

Non valet consequentia.

Exemplum vocum non cohærentium.

Ex malis moribus bonæ leges natæ sunt,

Bonæ leges sunt dignæ laude,

Dignæ laude sunt expetendæ,

Ergo mali mores sunt expetendi.

Vitiosa est connexio: quia mali mores non sunt per se causæ bonarum legum.

11 Gignit Soriten & regula notissima: Quod majus est majore, idem majus est & minore: ut,

12 *Sol major est quàm terra,*

Terra major est quàm luna,

Ergo & sol major est quàm luna.

9 *Descriptio & suo ordine quasi forma.*

10 *Boni & vitiosi Soritæ, de quibus cautiones.*

11 *Admonitio de Sorite ex Imparibus.*

12 *Exemplum.*

○

3

Discri-

13 Verum discrimen patet ex definitionum Soritæ & Climacis antithesi. Sorites est Logica dispositio: Climax est ornatus in repetitione sonorum seu vocum per anadiplosin in pluribus membris continuatam. Sorites est in ipsis rebus seu argumentis: Climax in vocibus seu sonis, quibus res significantur, ut ideo Sorites & Climax, seu saltem anadiplosis semper concurrant. Sed nec discrimen inter diversarum artium particulas videatur accuratius querendum, quam ipse artes distinguuntur.

Solius syllogismi precepta sunt consequentiarum regule: cetera ejusmodi regule vel maxima etiam in Inventionem collocata, sunt admonitiones ex legitimis preceptis deductæ, ad judicium axiomaticum in exemplis declarandum.

Lex καθόλου πᾶσι illam regularum consequentia tautologiam accusat: quod quicquid in iis Logicum est, id legitimis aliis preceptis multo commodius comprehendatur: præsertim cum illæ, quæ dicuntur regule, sint admonitiones & consuetaria ex veris Inventionis & judicii preceptis deducta ac permixta, non per se legitima documenta, ut ex collatione apparebit, & ipse auctor præfatiuncula aperte ostendit. Ejusmodi igitur admonitionibus auctores juventutem juvare voluerunt, sed interim tautologia & copia, quæ in institutione usque, non in arte locum habet, artem obscurarunt. Infinita autem ejusmodi ferè consuetaria ex legitimis documentis in usu & accommodatione fingi possunt.

1 Admonitio prima est consuetarium non proprie de syllogismi consequentia, sed potius de axiomatico, ex generis & speciei, itemque ex axiomaticis generalis & specialis definitionibus. Nam cum genus sit communis specierum essentia, & generale axioma commune consequens communi antecedenti generaliter attribuat: certè ex genere universè sumpto, tum omnes species simul, tum unaquaque seorsim, non contra, ex una aut quibusdam genus generaliter, sed tamen specialiter, enunciatur: ut,

Si omnes artes tenet, etiam musicam. Necessarium est.
Si musicam, etiam artem, sed non omnem.

Logicè diceres, assumptionem esse contingentem, & catenus febrem bonam esse.

2 Nihil hoc ad syllogismum etiam attinet, sed est admonitio ex affectione eorum argumentorum, quæ sua vi coherent, ut causarum & effectorum, subjectorum & adjunctorum, relatorum, &c. Si homo est, præditus est ratione. Si tota iudicia cõcessa sunt, etiam accusatio, &c. Fiunt itaq; hinc vel contingentia vel necessaria axiomatica, pro affectionis differentia.

Discrimen Soritæ & Climacis Rhetorici.

13 Sorites propriè dicitur, quando subjectum primæ propositionis in conclusione repetitur: Climax quando non repetitur: ut,

*Inscitia litterarum parit tenebras religionis,
Tenebræ religionis pariunt superstitiones,*

(Jam Climax est, sed si addatur conclusio repetito principio, erit Sorites; sic,)

Ergo inscitia litterarum parit superstitionem, aut ethnicum contemptum Dei.

13 *Distinctio Soritæ & Climacis.*

DE REGULIS CONSEQUENTIARUM.

TOTA Dialectica est lumen, quo simplicia & conjuncta judicamus: & præcipuè argumentationis doctrina iudicium informat, & passim regulæ iudicii sparsæ sunt: sed hîc quasi nidus erit communium regularum, seu admonitionum: quales plures colligi poterunt.

Hæ regula etiã argumentationis speciebus subiunguntur, sed proponuntur syllogismis compositis.

1 *Regula.*

Ex universali rectè sequuntur suæ particulares & singulares: sed non econtrâ. Non enim sequitur universalis propositio ex aliquot singularibus: ut,

Dionysius superior, & Tiberius habuerunt placidos exitus,

Ergo omnes tyranni habent placidos exitus. Non sequitur, &c.

2 *Regula.*

Quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, sequitur & ad antecedens: ut,

Omnia officia politica sunt concessa Christianis,

Ergo & iudicia sunt concessa. Et per consequens, litigare in foro concessum est.

3 *Regula.*

Ab eo, quod inest per se, ad aliud, quod per accidens accedit, non est bona consequentia, nec econtrâ.

Temperantia est bona,

Febris adfert temperantiam,

Ergo febris est bona.

3 Est admonitio similiter ex arctioris seu aequalis & levioris seu inaequalioris argumentorum affectionis differentia. Inesse per se, de reciprocantiis, inesse per accidens, de non reciprocantium affectione dicitur, sed obscurius & minus logicè. Logicè enim dicitur, affectio argumentorum alia est reciproca seu aequalis, alia non reciproca seu quasi adventitia & accidentalis. Quae distinctio non servata parit captionem.

4 Illa modorum dicendi per se & per accidens, distinctiones, sunt admonitiunculae ex diversis argumentorum affectionibus, & iudicio axiomatice deductae confusaeque, ideoque ex ipsa arte per se satis, & quidem magis, quam ex hac separata tractatione, perspicue apparent.

4 Est pars legitima regulae in Inventione de oppositorum pugna in eodem, vide lib. 1, cap. 13. Cum igitur illa oppositorum lex sanciat, ipsa non posse eidem attribui, secundum idem, & ad idem, & eodem tempore: unde colligendum etiam quid non sanciat aut negetur, nempe tum idem ipsis oppositis posse tribui, tum ipsa etiam eidem, nempe diversa parte, diversoque respectu & tempore. Ex brevissima igitur illa oppositorum lege hoc apertius, quam ex separatius ejusmodi admonitionibus, constat.

5 Est similiter particula ejusdem legis oppositorum omnium communis, cum distinctione, de quadam quasi mixtione in pugna seu expulsionis & mutationis progressu: de qua lex illa nihil aperte, sed interim significat in oppositorum mutatione & cessione fieri pugnam. Attamen frigiditas non est ipse calor, & ubi illa esse incipit, hic esse desinit.

Prædicatio per se est, cum prædicatum significat quiddam proprium naturæ subjecti, videlicet partem, aut totam definitionem, aut propriam inclinationem, aut ipsum subsistere, aut proprii effectus propriam causam.

Interpretatur loquendi genus.

4 Hoc ordine modos quatuor dicendi per se recenset Aristoteles:

Hæ sunt reciproca argumentorum affectiones.

Primus est, cum Definitio vel pars definitionis de definito, vel idem de seipso prædicatur.

Secundus, cum propria passio, ut vocant, de subjecto dicitur: ut, Homo loqui potest.

Tertius, cum ipsum subsistere de singulari, quod verè tunc est in rerum natura, dicitur: ut si de vivo Cicerone dicam, Cicero subsistit seu existit, id est, Cicero est in rerum natura, seu est quiddam ὑφίστασθαι.

Quartus, cum proprii effectus propriis causis attribuantur, vel e contra: ut, Voluntate volumus. Mente nostra intelligimus. Paries albedine est albus.

Ejusmodi sunt prædicationes per se, hoc est veræ & perpetuæ.

Prædicationes accidentales sunt, in quibus junguntur accidentia, item effectus improprii causis impropriis, &c.

Prædicatio accidentalis.

Hæ interdum veræ sunt, &c.

4 Regula.

Pugnantia non tribuuntur uni & eidem simul & respectu ejusdem: ut,

Euangelium prohibet discerni cibos & dies,

Ergo malè faciunt medici, qui eos discernunt.

(Non valet, quia fines diversi sunt.)

5 Regula.

Duæ contrariæ qualitates graduum excellentium non sunt simul in eodem subjecto: ut, *Aqua valde calefacta, non potest esse frigida.*

Sed in gradibus remissis lucta esse potest contrariarum qualitatum in eodem subjecto: ut cum remittit calor in aqua, frigiditas, quæ est naturalis qualitas, paulatim recipit vires, & rursus extinguit calorem.

6 Re-

6 Est consequens ejusdem legis, etiam in ipsa Logica eodem 19 cap. positum. Notetur autem discrimen: affirmato uno, negantur reliqua omnino & necessario, sed negato uno, ex reliquis aliquod innominatum etiam necessario, nominatum contingenter affirmabitur. Ergo etiam illud, Et contra, eo in loco retinendum in Logica Ramea.

7 Est similiter, ut quarta, consecutarium ex eadem oppositorum lege qua non negantur, conceduntur, & fieri posse significantur. Idem, ut robur potest oppositis tribui, sed ipsa non eidem.

8 Est admonitio tum ex definitionibus causae & effecti, tum ex affectione causae solius & cum aliis. Nam si tu vel uni causae effectum tribuas, qui omnium est communis, vel alicui soli, qui est plurimum cum aliis falsum judicabis.

9 Est sententia judicata, ex inaequalitate finis & effecti finiti, qua ex finis definitione fluit.

10 Est consecutarium ex Logica lege de Distributionis, id est, totius & partium reciprocatione: qua est totius & partium omnium, ut est lib. 1, cap. 25.

11 Est admonitio de adjunctorum vel etiam effectorum non oppositorum conjunctione, cum distinctione, de non confundendis animi & corporis adjunctis, ut patet oppositu.

12 Est admonitio ex adjuncti affirmatione ad affirmandum subiectum ut alias dicitur: Posito adjuncto, etiam ponitur ejus subiectum, cum distinctione de alia privationis, affirmate sumptae ratione, qua non de essentia subiecta aliquod ei adherens adjunctum, sed ejusdem principalis partis privatio enunciatur. Hoc per se ex affectione argumentorum satis intelligitur, sed hic scholasticis & obscuris formulis enunciatur.

6 Regula.

Inter contrarias posita una qualitate in gradibus excellentibus, removetur contraria qualitas: ut,

Paries est niger, Ergo non est albus.

Sed econtrá, Remoto uno contrario, non oportet poni alterum, præsertim in contrariis mediatis: ut,

Vestis non est alba, Ergo est nigra. Non sequitur.

7 Regula.

A contrario, cum subjecta opponuntur secundum differentias proprias, valet consequentia, non cum secundum accidentia communia opponuntur, ut non valet: *Pater est robustus, Ergo filius non est robustus.*

8 Regula.

Cum ex causis non sufficientibus affirmamus sequi effectum, non valet argumentum: ut; *Pompejus habet exercitum parem multitudinem exercitui Julii, Ergo vincet.*

9 Regula.

Propter quod unumquodque tale est, illud magis tale est: ut, *aqua calet propter ignem, Ergo ignis magis calet.*

10 Regula.

De finalibus causis maximè hæc regula valet: Ex non sufficienti enumeratione partium non valet consequentia: ut,

Jura Mosaica & vetera Romana non suspendunt furem, Ergo non est suspendendus. Quia leges Imperatorum habent etiam auctoritatem.

11 Regula.

A divisis ad conjuncta valet consequentia, si natura patitur conjungi accidentia.

Demades est Orator & est facetus,

Ergo est facetus Orator.

Sed non valet consequentia, cum junguntur accidentia animi & corporis, aut res alioqui discrepantes: ut, *Iste est claudus & est citharædus, Ergo est claudus citharædus.*

12 Regula.

Ab Est tertii adjecti, ad Est secundi adjecti, valet consequentia, cum accidens positivum de substantia prædicatur: ut,

Paries

13 Est admonitio satis per se ex subjecti & adjuncti, itemq; conjugatorum affectione perspicua. Accedit Grammatica consideratio de adjectis, quibus vis substantivorum exprimitur.

14 Intelligitur similiter ex argumentorum affectionibus, ut his pictura facile intelligitur, de adjuncta similiq; imagine.

15 Est admonitio tum ex argumentorum affectione, tum ex tropi Rhetorici definitione deducta.

16 Est admonitio de consentaneorum coherentia, ad consequentiam accommodata. Logicè dicas, Verum gignit verum, & comitatur verum.

17 Est admonitio de judicio falsi & absurdi non admittendo.

18 Est admonitio ex modi efficientis consilii libertate. Si potest, faciet. Est contingens.

19 Est admonitio de necessario axiomatico ex reciprocantibus argumentis, & sic de contingentibus ex non reciprocantibus. Continetur legibus axiomaticis veri. lib. 2, cap. 3, & c.

20 Est admonitio de cavendo errore ex vocibus nunc physicè & alioque humano modo, nunc theologicè, aut aliàs per tropum etiam sumptis.

In summa ejusmodi admonitiones institutione & exercitatione locum habent, & penè infinitè colligi possunt, perq; se è generalibus præceptis patent, sed in arte tautologiam pariunt.

Paries est albus: Est igitur paries.

Sed in privativis, & de ideis hæc forma nō valet: ut,

Plato est mortuus,

Plato igitur est.

13 Regula.

Dici de aliquo requirit inesse; quod verum est tantum de accidentibus positivis & durabilibus: ut,

Alexander est fortis, Est igitur in eo fortitudo.

14 Regula.

Talia sunt subjecta, qualia à prædicatis esse permittuntur, nō absurdè, sed dextrè intellectis: ut cū dico,

Paulus est pictus, imago intelligitur.

15 Regula.

In interpretatione vitanda est absurditas: quæ scilicet pugnat aut cum communi experientia & principiis, aut cum lege Dei, articulis fidei, & symbolis.

16 Regula.

Ex vero nil nisi verum sequitur: & verum vero consonat.

17 Regula.

Dato uno inconvenienti, sequuntur infinita.

18 Regula.

A possibili ad inesse non valet consequentia: ut,

Deus potest tuum stannum mox vertere in aurum, Ergo stannum est aurum.

19 Regula.

A conversa ad convertentem, & econtrā valet consequentia: ut, *Omnes electi vocantur, Ergo omnes qui sunt extra cœtum vocatorum, non sunt electi.*

20 Regula.

Non valet consequentia mutato genere prædicationis usitato in peregrinum seu inusitatum: ut,

Omnis caro est creatura,

Verbum est caro,

Ergo verbum est creatura.

Non valet consequentia: quia in propositione est usitata prædicatio generis de specie: in assumptione est inusitata & theologiæ propria, qua unio duarum in Christo personarum exprimitur, &c.

Huc

Textus Rami.

CAP. XVII. DE METHODO SE-
*cundum Aristotelem unica.*1 Definitio Me-
thodi á genere
subiectis & fi-
nibus.2 Explicatio á
finium collatio-
ne & forma ad-
umbratione.3 Accommoda-
tio forma ad
subiectorum
gradus.4 Consequens
proprietas ex
ipsa forma.5 Illustratio
Methodi per
inductionem
exemplorum.6 Gradus re-
gularum, ad
quos forma ac-
commodatur.

METHODUS est diuina variorū axiomatum
homogeneorū, pro naturæ suæ claritate præ-
positorum, unde omnium inter se convenientia judi-
catur, memoriaque comprehenditur.

2 Atque ut spectatur in axioma veritas & falsi-
tas, in syllogismo consequentia & inconsequentia: sic
in methodo consideratur, ut per se clarius præcedat,
obscurius sequatur, omninoque ordo & confusio ju-
dicatur.

3 Sic disponetur ex homogeneis axiomatis primo
loco absoluta notione primum, secundo secundum,
tertio tertium, & ita deinceps.

4 Ideoque Methodus ab universalibus ad singula-
ria perpetuó progreditur.

Hac enim sola & unica via proceditur ab antece-
dentibus omnino & absoluté notioribus, ad conse-
quentia ignota declarandum: eamque solam metho-
dum Aristoteles docuit.

CAP. XVIII. DE PRIMA METHODI
illustratione per exempla artium.

SED Methodi unitatem exempla doctrinarum &
artium præcipué demonstrant, præcipueq; ven-
dicant. 6 In quibus quamvis omnes regulæ gene-
rales sint & universales: tamen earum gradus distin-
guuntur, quantóque unaquæque generalior erit, tan-
tó magis præcedet.

Generalissima loco & ordine prima erit: quia lu-
mine & notitia prima est. Subalternæ consequentur:
quia claritate sunt proximæ: Atque ex his natura no-
tiores præponentur, minus notæ substituentur.

7 De-

Huc similes sententiæ seu commonefactiones ac regulæ, quæ dexteritatem adferant in judicandis consequentiis, adscribantur.

DE METHODO.

Methodus est habitus, videlicet scientia seu ars viam faciens certa ratione. Significat enim hic rectam viam seu ordinem investigationis seu explicationis, sive simplicium quæstionum, sive propositionum, *lib. 1.*

ITEM NOMINE DEMONSTRATIONIS, *lib. 4.*

DEMONSTRATIO est syllogismus, in quo aut ex principiis naturalibus, aut universalibus experientia, aut ex definitione de subsumpto bona consequentia, necessariam & immotam conclusionem extruimus, aut ex causis proximis effectus proprios sequi ostendimus, aut e contra procedimus.

Vel ex Aristotele.

Demonstratio est syllogismus procedens ex veris, primis, & immediatis, notioribus & prioribus, quæ sunt causæ conclusionis.

Hæc definitio non pueriliter de unico syllogismo intelligatur, sed de toto processu in demonstratione, tum in compositione; tum in resolutione.

Necesse est enim vel ordiri à primis & immediatis principiis, vel ad ea regredi, ut mens propter evidentiam convincatur, & teneat perspicuam & immotam veritatem.

Vocant enim immediata principia, quæ per se nota sunt, nec confirmanda sunt aliis mediis. Et hinc ait Aristoteles: Demonstratio est syllogismus faciens scire. Scire autem est, rem per causas cognoscere, per quas res est, &c.

Geometris (pro hac methodica demonstratione) usitata sunt nomina, Synthesis, id est compositio, & Analysis, resolutio.

Illa à priori procedit: Hæc à posteriore ad principia regreditur. Galenus addit Definitionem, id est, defini-

Ex lib. 1.

1 Hæc Methodus descriptio cum Ramea sensu & re ipsa convenit, etiamsi ad thema simplex tantum ipsa methodus adstringatur.

2 Methodica cujusque rei descriptio est vera ejus demonstratio, ut supra dictum est. Non plene & distincte, sed permixte demonstrationis definitione etiam Methodus quodammodo definitur. Divisio in Genesin & Analysis, sed contra κατὰ πρῶτος. Vide supra de demonstratione.

7 *Adumbratio
methodica for-
mæ in artibus.*

*Exemplum ar-
tis, precipuis
partibus ad-
umbratum.*

7 Definitio itaq; generalissima prima erit: Distributio sequitur: quæ si multiplex fuerit, præcedet in partes integras partitio, sequetur Divisio in species; partesque ipsæ & species eodem ordine sunt rursus tractandæ ac definiendæ, quo distributæ fuerint: & transitionum vinculis, si longior inter eas interfit explicatio, colligandæ sunt: id enim auditorem reficit ac recreat. Atque ut res familiarius accipiatur, exemplo quoque familiari nobis utendum est.

Omnes definitiones, distributiones, regulæ Grammaticæ repertæ sint, atque unaquæque sigillatim iudicata: omniaque hæc documenta variis tabellis inscripta, unâ confundantur & conturbentur in hydria aliqua, ut in Ollæ ludo fieri solet. Hic si quæras, quæ pars Dialecticæ te doceat, has regulas ita confusas disponere, & in ordinem redigere: primò locis Inventionis nihil opus, cum sint omnia reperta: neq; primò axiomatis iudicio, cum unumquodque axioma probatum & æstimatum sit: neq; secundo syllogismi iudicio opus, cum sint omnes singularum rerum controversiæ his de rebus disceptatæ & conclusæ: sola Methodus superest. Dialecticus igitur lumine Methodi artificiosæ, seliget in hac urna definitionem Grammaticæ (id enim est generalissimum) & primò loco statuet: Grammatica est doctrina bene loquendi.

Tum requiret in eadem urna partitionem Grammaticæ, & collocabit secundo loco.

Partes Grammaticæ duæ sunt: Etymologia & Syntaxis. Deinceps in eodem vase definitionem Etymologiæ de vocibus separabit, & tertio gradu antecedentibus adjūget: Etymologia est prima pars Grammaticæ, quæ vocum singularum proprietates interpretatur.

Tum

definitivam viam, & ait has esse tres doctrinarum vias.

Sunt autem tales Demonstrationes in omnibus doctrinis.

Cum de una voce (ut de arte aliqua) dicendum est, viam monstrant hæ decem quæstiones:

1, Quid vocabulum significet?

2, An sit res?

3, Quid sit res?

4, Quæ sint rei partes?

5, Quæ sint species?

6, Quæ causæ?

7, Qui effectus?

8, Quæ adjacentia?

9, Quæ cognata?

10, Quæ pugnata?

Per has quæstiones procedendum est, quandoque de simplici vocabulo, vel de una re dicitur: & hæ quæstiones ordine tractandæ.

Exemplum Methodi virtus.

1 Quid significat vocabulum virtutis? Interdum vim seu facultatem, interdum habitum parientem honestas ac laude dignas actiones, ut hoc loco.

2 Estne virtus? Etiam: quia experientia testatur esse discrimen inter virtutes & vitia.

3 Quid est virtus? Est habitus inclinans voluntatem & cæteras vires, ut constanter & firmiter obediant rectæ rationi.

4 Quæ sunt partes virtutis? Nullæ, quia habitus non secantur in partes.

5 Quæ sunt species? Iustitia particularis, veritas, fortitudo, modestia, temperantia, castitas & multæ aliæ.

6 Quæ sunt causæ efficientes? Mens rectè iudicans & voluntas obtemperans.

Quæ causæ adjuvantes? Bonæ inclinationes naturales, doctrina, & accurata assuefactio.

Quæ materia ex qua? Nulla, quia materiam ex qua nulla accidentia habent.

P

Qua

At nulla est vel à posteriore ad prius, vel à singularibus ad universalia in ullis exemplis methodi forma. Vide supra de Demonstr.

Methodus simplex præcipuis partibus respondet vera methodo, sed hæc non ita particulatim per omnes illas quæstiones progreditur, ut supra dictum.

1 Hoc vera Methodus ipsa definitione docet.

2 Hoc si dubitetur, non potest methodicè doceri.

3 Definitio prima esset.

4 Secunda divisio, deficiente partitione.

6 Communium causarum explicatio ut & effectorum tertia.

Specierum explicatio deinceps sequeretur ordine, additis cuiusque specialibus

Tum vocis definitionem quarto loco statuet: vox est nota, qua unumquodq; vocatur. Porró vocis partes in litteris & syllabis, speciesque in vocibus numeri & sine numero requiret, exituumq; transitiones suis locis collocabit. Atque ita omnium Etymologiæ partium definitiones, distributiones, colligationes, exempla deniq; specialissima in singulis disponet. Idemque in Syntaxi faciet. Hanc viam omnes artes sibi proposuerunt.

CAP. XIX. DE SECUNDA METHODI
illustratione per exempla poetarum, oratorum, historicorum.

ATqui Methodus, nō solūm in materia artium & doctrinarum adhibetur, sed in omnibus rebus, quas facile & perspicuē docere volumus: ideoq; poetæ, oratores, omnesque omnino scriptores, quoties docendum sibi auditorem proponunt, hanc viam sequi volunt, quamvis non usquequaque ingrediantur atque insistant.

Virgilius in Georgicis distribuit propositam materiam in quatuor partes, ut antè dixi: primoque libro res communes persequitur, ut Astrologiam, Meteorologiam, deque segetibus, & earum cultu disserit, quæ pars prima operis erat: tumque transitio adhibetur initio secundi libri:

*Haftenus arborum cultus & sidera celi,
Nunc te Bacche canam. —*

Deinceps scribit generaliter de arboribus, tum specialiter de vitibus.

Transitio secunda adhibetur ad tertiam partem, sed imperfectior & sine Epilogo. Terti libri initio de bobus, equis, ovibus, capris, canibus:

*Te quoq; magna Pales, & te memorande canemue
Pastor ab Amphryso —*

Tandem initio quarti libri transitio tertia est de quarta parte, sed item imperfecta é sola propositione de apibus:

*Protinus aerii mellis sylvestria dona
Exequar. —*

Sic

*1 Inductionis
exemplorum
continuatio, per
transitionem ab
artibus ad res
& tractationes
alias longiores
& ordinatas.*

*Poeta testes &
auctores unica
methodi.*

Transitio.

Transitio alia.

Trans. alia.

Quæ materia in qua? Subjectum, voluntas & cor, in quibus sunt virtutes.

Quæ causa finalis? Secundum Philosophos, ipsa actio honesta: juxta doctrinam Ecclesiæ, ut Deo præstemus obedientiam, ut pœnæ vitentur, & donentur nobis præmia corporalia & spiritualia sive æterna.

7 Qui effectus? Tranquillitas cordis, prosperi successus, utilitas & pax publica, & imitatio.

8 Quæ adjacentia? Gloria, odia multorum, pericula, divina defensio in periculis.

9 Quæ cognata? Bonæ inclinationes, ut σοφῶν κενώσεων, & aliarum virtutum semina.

10 Quæ pugnancia? Vitia seu turpitudines, & falsa simulatio virtutis.

bus & propriis rebus. Qui ordo accumulatus adjacentium & aliarum rerum questionibus his nonnihil turbatur.

FR. BEURHUSII NOTAE COLLAT.

1 De hoc Methodi unica in omnibus aliis rebus usu D. Phil. in Logica nihil, nisi quod obiter in descriptione Methodi simplicis attingat, & demonstrationis explicatione significet. Hanc autem nomine dispositionis pleriq. Rhetorice relinquunt: cum tamen revera Logica propria sit. Est enim de ordine præcipere unius artis, non diversarum. Quare cum Logica de simplicis thematis ordine doceat, docebit etiam de ordine conjuncti, &c. Vide *Padagogia nostra Logica partem 1, 2 & 3. ad Methodum.*

*Aliud exemp.
poet.*

Sic igitur poëta generalissimum primo, subalterna medio, specialissima extremo loco ponere studuit.

Sic Ovidius in Fastis, dispositionis hujus gratiam sequitur: proposuit initio summam operis:

Tempora cum causis Latium digesta per annum:

Lapsaq; sub terras, orta q; signa canam.

Mox imploratione facta, partitionem anni statuit, factam à Romulo primùm in decem menses, quam reprehendit:

Tempora digereret cùm conditor urbis, in anno

Constituit menses quinq; bis esse suo.

Et pauló post Numæ divisionem pleniorẽ adjungit.

At Numa nec Janum, nec a vitas præterit umbras:

Mensibus antiquis præposuitq; duos.

Denique poëta communes differentias interpretatus diei fasti, nefasti, comitalis, nundinalis, calendarum, nonarum, iduum, tum attri, tandem unumquemq; mensem suo loco prosequitur, & præfatione ordinis hujus à generalibus ad specialia studium indicat:

Hæc mihi dicta semel totis hærentia fastis,

Ne seriem rerum scindere cogar, erunt.

Tandem singulis partibus expositis transitio conjungitur, ut in fine 1, & initio 2.

Sed jam prima mei pars est exacta laboris,

Cumq; suo finem mense libellus habet.

Janus habet finem, cum carmine crescat & annus:

Alter ut is mensis, sic liber alter eat.

In singulis libris postea transitiones adhibentur, sed minus accuratè.

Oratores ejusdem testes & auctores.

ORATORES in proœmio, narratione, confirmatione, peroratione hunc ordinem affectant, eumque artis & naturæ & rei ordinem appellant, & interdum studiosius affectantur: ut in accusatione Cicero primùm proponendo, tum partiendo, Quæstor (inquit) Cn Papyrio Cos. fuisti annis quatuordecim; & ex illa die ad hanc diem quæ fecisti, in judicium voco: hora nulla vacua furto, scelere, crudelitate, flagitio

gitio reperietur. Propositio hic & Definitio summæ rei est, tanquam in hoc iudicio generalissima. Partitio sequitur: Hi sunt anni consumpti in quæstura & legatione Asiatica, & prætura urbana, & prætura Siciliensi: quare hæc eadem erit quadripartita distributio totius accusationis meæ. Quas partes quatuor, earumque partium particulas deinceps suo quanq; ordine, & loco tractavit, & transitionibus copulavit, tres primas tertio libro. Quamobrem (ait) quæstura istius demonstrata, primiq; magistratus & furto & scelere perspecto, reliqua attendite. Tum veró expositis legationis criminibus, transitio ad præturam sequitur: Verúm ad illam jam veniamus præclarã præturam, criminaq; ea, quæ notiora sunt his, qui adsunt, quàm nobis, qui meditati ad dicendum paratiq; venimus. Transitio hæc imperfectior est sine Epilogo: tandem principio quartæ orationis transitio est consimilis ad quartam partem de prætura Siciliensi. Multa mihi necessarió, iudices, prætermittenda sunt, ut possim aliquo modo de iis rebus, quæ meæ fidei commissæ sunt, dicere: recepi enim causam Siciliae; ea me ad hoc negotium provincia attraxit.

Historici,

Sic Livius summam septingentorum annorum initio complectitur, tum per decades dividit.

CAP. XX. DE CRYPTICIS

Methodi.

*Epilogus cum
observatione de
Crypsiprudetia.*

HÆC igitur in variis axiomatis homogeneis suoque vel syllogismi iudicio notis methodus erit, quoties perspicuè res docenda erit. At cum delectatione motive aliquo majore, in parte aliqua fallendus erit auditor, homogenea quædam rejicientur, ut definitionum, partitionum transitionumque lumina: quædam assumentur heterogonea, velut digressiones à re, & in re commemorations, sed præcipuè rerum ordo initio inverteatur, antecedentiaq; nonnulla consequentibus postponentur. Itaq; ad illam perfectæ methodi regulam hæc alicubi imperfectior forma, non solum detractis rebus mutila est, vel super additis redundat,

11. 1. 1711

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page.



dundat, sed ordinis sui quibusdam gradibus inversis prepostera est. Quod Poëta facit majore quadam artificii specie, dum populum ducendum sibi proponit, id est, beluam multorum capitum: ideoq; variis modis decipit: incipit á medio, ibiq; primum sæpe comprehendit; postremum denique incerto aliquo & inopinato casu concludit.

Sic (ut Horatius ait) Homerus Iliada disposuit:

*Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo:
Semper ad eventum festinat, & in medias res
Non secus ac notas auditorem rapit: & quæ
Desperat tractata nitescere posse, relinquit:
Atq; ita mentitur, sic veris falsa remiscet,
Primo ne medium, medio ne discrepet inum.*

Sic Virg. Æneam á Sicilia excepit, & in convivio Carthaginis præterita narrantem fecit: postrema varii perturbata casibus induxit. Sic Comici poëte, tametsi magno judicio comœdias per actus & scenas distinguunt, efficiunt tamen ut omnia fortuita videantur.

Oratores veró ad victoriam omnia referunt. Itaq; non tam docendi quàm permovendi gratia firmissimum quodque primum ab iis collocatur, dum tamen ea, quæ æquè excellent, serventur etiam ad extremum, & Homericæ dispositione mediocria in mediam turbam atque in gregem conferantur.

Finis libri II.

19. 30. 88

X2206433

n.c.



B.I.G.

Farbkarte #13

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue

Inches Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

P. R A M I
DIALECTICAE
LIBRI DUO: ET HIS
E REGIONE COMPARATI
Philippi Melanchthonis

DIALECTICAE
LIBRI QUATUOR, CUM
PLICATIONUM ET COLLATIO-
um NOTIS, ad utramq; conformationem uno labore
addiscendam, Auctore

DIDERICO BEURHUSIO MEINERTZHA-
gense, Scholæ Tremoniana Rectore.

AD STUDIOSUM LOGICAE HENNINGI
Dedekindi Epigramma.

*Quid faciem primam spectas, studiose, libelli?
Quin emis, ac emti scripta subinde legis?
Res liber intus habet: careat successibus opto,
Quisquis de libris iudicat ex titulis.
Splendida saepe rudem diuendunt nomina librum,
Materia titulo splendidiore sua.*



FRANCOFURDI
Apud Joannem Wechelum,
MDLXXXVIII.

XVII, 355.

Handwritten signature or mark.